aūt ꝓhibitionis ſubdit. Amē dico vo/
bis. Modū aūt cōuenientē faciēdi ele
moſynā ſubdit:cū dicit. d Te aūt fa
ciente) Modus loq̄ndi eſt vt qn̄ fit alī
qđ ſecrete p hoc inuenies ꝙ talia ſunt
faciēda ꝓpter deū tantū:vnde ſubdit.
e Et pater tuus).ſ. deꝰ q eſt pater om
niū p creationē ⁊ iuſtorū:p gratie ado/
ptionem.

vt videamini ab eis. Alioquin mercedem nō habebitis apud patrem veſtrū:qui in celis eſt. Cum ergo [a] facis elemoſynaȝ noli tuba canere ante te: ſicut hypocrite faciunt in ſynagogis ⁊ i vicis vt honorificent ab hominibus. Amen dico vobis[b]:receperūt mercedē ſuam[c]:te autē faciente [d] elemoſynam: neſciat ſiniſtra tua qđ faciat dextera tua: vt ſit elemoſyna tua in abſcondito. Et pater tuus [e] qui videt in abſcondito[f] reddet tibi.

f Qui videt
in abſcondi
to) q: ipſe ſo
lus vidꝫ itēti
onē cordum
reddet tibi.

Expoſitō
moralis.

Diliges
proxi
mum tuū et
odio hēbis
inimicū tuū) Scđm auguſtinū: Inimi
cus iſte diabolus intelligendus eſt q̄ p
ciſus eſt totaliter a dei cōſortio et ſan/
ctorū. hō viator quātūcūqȝ malus pōt
ad deū reuerti. ideo diligendus eſt ex
charitate ꝓpter qđ ſbdit. Diligite ini/
micos vr̄os ⁊c̄. et qm̄ valde difficile eſt
in bonis opibus patēter factis vanam
gloriā totaliter euitare. Jō ſubdit (At/
tendite ne iuſticiā veſtrā faciatis coraȝ
hoibus ⁊c̄) Et illud qđ ſequit. Cum fa
cis elemoſynaȝ noli tuba canere an̄ te.
Criſoſtomus. Si bonorū q̄ facis vis in
ſpectores habere:ecce habes nō ſoluȝ
angelos ⁊ archangelos: ſed etiam de
um vniuerſorum.

¶ Queſtio fratris antonij betōtini. At
tēdite ne iuſticiā vr̄aȝ ⁊c̄. Matth.v.ca.

Pro qbus verbis merito queritur.
Utrū gloria boni opis poſſit haberi ſi
ne peccato? Ad qđ rn̄detur ex ſenten/
tia ſancti Tho. ſcđa ſcđe. q. cxxxij. ar. j.
⁊. iij. Et durādi. iiij. li. pma parte. ſcđa
diſtin. ij. ꝙ appetitus glorie alicuius
boni operis:nō eſt aliqđ vitioſum. Nā
glīa claritatē quandam ſignificat. Un̄
glorificari. idem eſt qđ clarificari. Cla
ritas aūt vt Auguſtinus ſup Joanneȝ
ait. et decorē quendā habet et manife/

festationē: ⁊ ideo nomē glie ꝓprie manifestationē importat alicuius qd apd homines decor: videt: siue illud sit bonū corpale siue spirituale. Hinc Mat. v. ca. scriptū est. Luceat lux vestra coram hoibus vt videāt vestra bōa opera: potest tñ appetitꝰ circa gl'iam tripliciter inordiari. Primo mō ex pte rei de qua qs gl'iam q̄rit: puta cū gloria queritur de re fragili atqꝫ turpi falsa ⁊ diuine reuerētie cōtraria. Sic pnceps Tiri quesiuit cui Ezechi. xxviij. ca. dr Eleuatū est cor tuū et dixisti: Deꝰ ego sum: sic quidē q̄rentē gloriā Apostolꝰ ad corinthi. iij. ca. rephendit dicens. Quid habes qd nō accepisti: si autē accepisti quid gl'iaris quasi non acceperis. Alio modo ex parte eius a quo qs gloriā q̄rit: puta hois cuius iudicium nō est certū: Nam de plerisqꝫ sic gloriam q̄rentibus Joānis. xij. ca. dicit. Dilexerūt magis gloriā hoium: q̄ȝ gloriam dei. Ultimo modo ex parte finis qm̄ qui gloriā appetit nō in debitū finem: ad honorē dei. s. gl'iari non ptendit. Idcirco hieremi. ix. ca. scribitur. Nō gloriet sapiens in sapiētia sua nec fortis in fortitudine sua: nec diues in diuitijs suis Sed in hoc glorietur qui gloriat scire se nosse me. Et hieronymus ad nepotianū scribens ait: Caue ne hominum rumusculos aucuperis ne in offensam dei populorum laudes commutes: si adhuc inquit Apostolus hominibus placerē christi seruus nō essem: desinit placere hominibus: qui christi seruus factus est: per bonam et malam famam: a dextris et a sinistris christi miles graditur: nec laude extollit: nec vituperatiōe frāgitur: non diuitijs tumet: nō contrahit paupertate et leta cōtemnit et tristia: per diem sol nō vret eum: neqꝫ luna per noctem. Nolo te orare i āgulis platearū: ne rectū iter precum tuarum frāgat aura popularis: nolo te dilatare fimbrias et ostentui habere philateriam et conscientia repugnante pharisiaca ambitione circundari. Hinc depēdet euangelium: inde lex et prophete. Fidelis mecum lector intelligis quid taceam et quid magis tacendo loquor: tot regule: quot species gloriarum: quanto melius erat hoc non corpore: sed in corde habere fautorem non aspectus hominum. Hinc dominus ait: Attendite ne iusticiam vestram faciatis cōram hoibus. ¶ Expositio litteralis.

a (Et volebat preterire eos) eo modo sicut post resurrectionem suam ambulans cum duobus discipulis suis euntibus in emaus finxit se lōgius ire vt habetur Luce vltimo cap. Nec tamen fuit ibi aliqua duplicitas seu falsitas: secundū quod dicit beatꝰ Gregorius. hoc enī fecit vt sic se ostenderet eis exterius qualis apd eos erat in mentibus eorum interius. Erant

Sabbato post diē cinerū Euāg. Mar. vj.

In illo tēpore. Cū sero esset factū erat nauis in medio mari ⁊ iesus solus in terra. Et vidit discipulos suos laborātes in remigando. Erat enī ventꝰ cōtrarius eis et circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans supra mare: et volebat preterire eos.[a] At illi vt viderunt eum ambulantē supra mare putauerunt fantasma esse: et exclamauerunt. Omnes enim eum viderunt: et cōturbati sunt Et statim locutus est cum eis: et dixit illis. Confidite. Ego sum nolite timere. Et ascēdit ad illos in nauim: et cessauit ventus.

enim dubij in fide resurrectionis xpi
et tardi ad credendũ vt ibidẽ dicit. Et
ppter hoc dubiũ erãt aliquantulũ elõ
gati a veritate Et iõ apparuit eis in p/
egrina effigie: et finxit se longius ire:
qa tales ap/
paritiões fi/
unt cõmuni
ter sʒ dispo/
sitionẽ inte/
riorẽ ipoꝛuʒ
qbus fiũt et
eodẽ mõ dr
hic qd vole/
bat pterire
eos: q2 erant
parue fidei:
sm q dr in
textu: q2 pu
tabãt fantas/
ma esse: et tñ
iam viderant tanta miracula eum fe//
cisse q credere debebant ipm super a/
quas posse ambulare. a Cũqʒ egres
si essent de naui cõtinuo cognouerunt
eum). s. illi de terra Genesareth: qui p
famam quã audierant et miracula que
aliqui eoꝛũ viderant: cognouerũt q il/
le erat qui infirmos curabat: et mira/
cula alia faciebat: et ideo subdit.
b Et percurrentes vniuersam regio/
nem illaʒ). Quia geraseni miserũt per
ciuitates ad hoc q adducerent infir//
mi ad pñtiam xpi vt fimbꝛiã vestimen
ti eius tangerent. Judei enim erãt di/
stincti ab alijs gentibus nõ soluʒ in le/
ge sed etiã in habitu: quia. numeri. xv
cap. pꝛecipit q facerent fimbꝛias i an
gulis pallioꝝ. Et talem habitũ poꝛta/
bat chꝛistus sicut et legẽ seruauit: et ad
tactum huiusmõi fimbꝛiarum curabã
tur infirmi

Et plus magis intra
se stupebant: non eniʒ
intellexerunt de pani/
bus. Erat enim coꝛ eo
rum obcecatum Et cũ
transfretassent: perue/
nerunt in terram ge//
nesareth: et aplicue//
runt. Cumqʒ egressi es
sent de naui[a]: cõtinuo
cognouerunt eum. Et
percurrentes vniuer/
sam regionem illam[b]
ceperunt in grabatis
eos qui se male habe/
bant circunferre: vbi
audiebant eũ esse. Et
quocũqʒ intriobat in
vicos et i villas: aut in
ciuitates in plateis po
nebant infirmos: et de
pꝛecabantur eum: vt
vel fimbꝛiam vestimẽ
ti eius tangerent. Et
quotquot tangebant
eum salui fiebant.

Expositio moꝛalis eiusdeʒ euangelij.

ERat nauis in medio mari) Nauis
est coꝛpus humanũ in quo scdm
platonicos aĩa est sicut nauta in naui
que fluctibus passionũ ire et concupi/
scentie que sunt in oꝛganis coꝛpoꝛali/
bus frequẽter impellit et aliqñ pericli
tatur: nã motus passiõis aliqñ subuer
tit iudiciũ rõnis. (Sed q̃rta vigilia) q̃
terminat in luce matutina xps venit:
q2 dũ mens
ad supni lu/
minis clari/
tatem oclos
erigit passio
num impe/
tus conquie
scit et tũc fit
applicatio
ad terrã Ge/
nesareth id/
est generãtis
auraʒ p quã
significatur
spiritus au/
re leuis: vbi
est dominus. iij. Regũ. xix. et sanantur
infirmi a languoꝛe peccati.

Questio fratris Antonij betontini.
Cum esset sero factum. Erat nauis in
medio mari. et c. Matth. vj. cap. Sup
qbus querit. ¶ Quid sit vana glia
et an sit pctm̃ moꝛtale? Ad qd bꝛeuiter
rñdetur ex snia durandi lib. j. pte. xiij.
di. ij. Quod vana gloꝛia sm Hierony/
mũ est inoꝛdinatus animi motus quo
aliquis ppꝛiã desiderat excellentiam
vt alios honoꝛe pcellat. Qui quidẽ ap/
petitus si adeo inoꝛdinat vt inde con/
tẽptus dei vel pximi sequat: moꝛtale
pctm̃ est. Uñ hiero. ad Antoniũ mona
chũ scribens ait Judaicus ppls pmas
sibi cathedras et salutationes in foꝛo
vẽdicans deputato antea in scillam si/
cule gentili populo succedente dele/
tus est. Contra sophistas quosqʒ secu/
li: et sapientes mundi piscatoꝛ mittit:
cuius rei causa scriptura ait. Supbis
deus resistit: humilibus aũt dat grati/
am. Uide frater quale malũ sit qd ad/
uersariũ habet deũ: ob qd in euãgelio
phariseus arrogans spernit: et humi/

lis publicanus audit. hec ille. Ideoqꝫ dicere possumꝰ ꝙ ventus vane glie nō modicū cōtrarius est naui .i. xpiane religioni que est i medio mari .i. in quasi sationę huius miseri seculi vt dicūt verba ꝑposita.

f. Cum esset sero factū ꝛc̄

Expositio literalis epistole Pauli.

Apostolus paulꝰ i hac epła fūgit officio veri pastoris aiaꝝ curā gerentis: cōmēdās ministeriū noui testamenti: cōseqnter hortat ad erecutionē debitā huius ministerij. Et diuidit in duas ptes. in pma hortat in quodā generali. in scđo aexplicat magis in speciali. ibi. in multa patientia. Circa pmū dicit. Hortamur. a Ne inuacuū gratiam dei recipiatis) que datur ad bene videndū in presenti: et ad cōsequēdum grām in futuro: ꝑpter quod hunc effectū non consequtur si inuacuuꝫ recipiat: sicut medicina ad quam sanitas nō sequit: Sed qa posset aliquis dicere. Recipere gratiā non est in mea potestate: ideo hoc remouet respondēs ꝙ deus paratus est dare auctoritate scripture di. b Ait eniꝫ) scđo eus Isai. xlix. ca. c Tēpore accepto) .i. tpe noue legis qđ est tempus gratie. d Exaudiui te) qa orationes fidelium exaudibiles sunt ꝑ xp̄m. e Et in die salutis) .i. tpe xp̄i q opatꝰ ē salutē in medio tre. f Adiuui te) opa tua pficiēdo ꝛ ad gl'iam pducēdo: ad quā nō intrabat tpe veteris testamēti. g Ecce nunc tps acceptabile ꝛc̄) h̄ dicit apl's applicādo auctoritatē Isai. ad xp̄i tps: ꝛ pꝫ ex dicta sñia. h Nemini dātes vllā offensionē) .i. scādalū ex dictis vel factis minus rectis. i Ut nō vitupet ministeriū nr̄m) qꝛ mala s̄bditoꝝ redūdāt in vitupiū platorū. k Sꝫ i oibꝰ) f. ptinētibus ad salutem. l Exhibeamus nosmetipos: sic dei ministros) ipi xp̄o nos q̄ztū possumꝰ cōformando. m In mlta patiētia) hic pn̄r explicat suā exhortationē in speciali ꝛ declarat q̄lit sit vtēdū grā collata i exteriori ꝯuersatiōe Circa quod tria facit: pm quod in tribus sancta conuersatio consistit. Primū est tollerantia malorū. Scđm operatio bonorū. ibi. in castitate. Tertium operatio istorum ꝛ illorum: ibi. per arma iusticie. Circa primū sciendum ꝙ in malis pene tollerandis: primo patientia est necessaria: ideo dicit In mlta patientia) et dicit multa propter multitudinem malorum superuenientiuꝫ n In tribulationibus) ex aduersariorum persecutione. o In necessitatibus) ex defectu necessariorum vite. p In angustijs) ex euadendi difficultate seu impossibilitate. q In plagis) nobis illatis in corpore. r In carceribus) ne possemus ad ꝑdicandum discurrere. s In seditionibus) contra nos motis ab aduersarijs veritatis. r In laboribus) operando proprijs manibus: quod fecit apostolus apud corinthios vt questum falsis apostolis precluderet.

Dñica pma i quadragesima epła Pauli .ij. ad Corinth. vj. ca.

Fratres hortamur vos ne inuacuum grām dei recipiatis[a] Ait enim[b] tempore accepto[c] exaudiui te[d]. Et in die salutis[e] adiuui te[f] Ecce nūc tēpus acceptabile[g]: ecce nunc dies salutis. Nemini dantes vllam offensionem[h] vt non vituperetur ministerium nostrum[i]. Sed in omnibus[k] exhibeamus nosmetipsos[l] sicut dei ministros. In multa patientia[m]: in tribulationibus[n]: in necessitatibus[o]: in angustijs[p]: in plagis[q]: in carceribꝰ[r]: in seditionibus[s]: in laboribus.

in vigilijs[a]: i ieiunijs[b] in castitate[c]: in scientia[d]: i longanimitate[e] in suauitate[f]: in spiritu scō: in charitate nō ficta[g]: in verbo veritatis[h]: i virtute dei[i] p arma iusticie[k]: a dextris et a finistris[l]: per gloriam ꝛ ignobilitatē[m]: p infamiam ꝛ bonaꝫ famam[n]: vt seductores[o] ꝛ veraces[p] Sicut q igno ti[q] et cogniti[r]. Quasi morientes[s]: ꝛ ecce viuimus[t]: vt castigati ꝛ nō mortificati[v] Quasi tristes sp autē gaudētes[x]

a In vigilijs) propter instantiā orationis. b In ieiunijs) aliquando voluntarie assumptis ad repressionem carnis: et aliorum edificationē: et aliquādo ex cibi defectibus patienter tolleratis c In castitate).h consequēter ponit ea que ꝑtinent ad operationem bonorum: i quibus primo sūt que pertinēt ad operationez cordis ꝛ quātum ad hoc dicit. c In castitate) que dicit puritatem mentis redundātem in corpore. d In scientia (quantum ad cognitionem diuinorum ꝛ humanorum ad salutem necessariorum: e In longanimitate) patienter expectando diuina promissa. f In suauitate) que facit hominem dulcem et suauem proximo verbo et facto: ex gratie abundātia: ideo subditur. g In spiritu scō in charitate nō ficta) cōtra hipocritas h In verbo vitatis) hic ꝯñter tangit pfectionē oris dicens. In verbo veritatis) ṗdicando ꝛ cū oibus cōmuniter loquēdo: ꝛ pfectionē opis. i In virtute dei) opa meritoria faciēdo: et doctrinā miraculis cōfirmādo. k Per arma iusticie a dextris) hic cōsequēter oñdit q̄liter vtendū sit gratia diuinit⁹ collata in cōparatione boноꝝ et maloꝝ. i. inter huius mūdi ꝓspera ꝛ aduersa nō deuiare a rectitudine: ꝓspera aūt et aduersa tria respiciūt. s. superbiā vite. cōcupiscētiā carnis ꝛ ꝯcupiscētiā oculoꝝ: iō oñdit ꝓpositū ṗmo i ṗmo: scdo in scdo ibi. quasi moriētes: tertio i tertio ibi. q̄si egētes. Oia ista tñ ꝑtinēt ad vitatē iusticie cōiter accepte iō dicit (Per arma iusticie a dextris).i. ne in ꝓsperis per superbiā eleuemur.

l Et a finistris) vt aduersis a virtute nō deijciamur: ꝛ similiter intelligēdū est in sequētibus cū dicit m Per gloriā et ignobilitatē) aliqñ apli fuerunt ab hoibus reputati valde gliosi sicut dicit actuū. xiiij. q lycaonie paulo et barnabe volbant tāq̄ꝫ dijs sacrificare. Et alibi incarcerati fuerūt vt viles et abiecti sic patz ex eodem li/ n Per infamiā et bonā famā) q: ab aliquibus dicebant magi et deceptores: ꝛ ab alijs v̇itatis ṗdicatores: ꝛ ad idē pertinet quod subdit o Ut seductores) reputati sumus a malis. p Et veraces) ab alijs. q Sicut qui ignoti).i. reprobati a malis. r Et cogniti).i. approbati a bonis: ꝛ tñ in istis ꝓspis et aduersis sic apostoli se hūerunt q nō recedebant a virtute per superbiam eleuati nec per pusilanimitatez deiecti. s Quasi morientes) hic cōsequēter ponit ea que pertinent ad cōcupiscentiā carnis ꝛ sunt tria. ṗmum est vita que maxime cōcupiscit: ꝛ quātū ad hoc dicit. Quasi morientes).i. ꝑiculis mortis expositi. t Et ecce viuimus) deo per fidem et gratiā iustificati. scdm est incolumitas vite ꝛ quantū ad hoc dicit. v Ut castigati et non mortificati) q. di. lꝫ a deo per flagella castigemur: tñ a morte per eum eripimur. tertiū qd cōcupiscit in vita pñti est iocūditas ꝛ quantum ad hoc dicit. x Quasi tristes semp autē gaudētes) i. quamuis in his que ꝑtinent ad carnez patimur afflictionē: tñ p spm maiorē ꝯsequimur mētis ꝯsolationē: scdm illud actuū. v. ca. Ibant apli gaudētes a ꝯspectu ꝯcilij: qm digni habiti sunt

pro noie iesu contumeliā pati: Sicut egentes) hic ↄsequenter ponit ea que ptinent ad cōcupiscentiam oculoruz. a Sicut egentes).i. victū et vestitū ab alijs mendicātes. b Multos autē locupletantes).i. bona spūalia ipis cōicantes: q tanto sūt meliora q̃to q̃ sunt aie corporalibus p̄feruntur. c Tanq̃ nihil habētes) naz apli omnia tpalia ꝓpter xpm dimiserūt. Mat.xix.ca. Ecce nos reliquimus oia ⁊ secuti sumus te. d Et omia possidētes) q: viuebāt xpo et nō sibiipsis. Oia aūt erāt xpo subiecta Mathe. vltimo. Data est mihi ois potestas in celo ⁊ in terra: ꝓpter quod apli reputabāt oia subiecta sibi: in cuius signū insensibiles creature obediebāt eis ad nutū. Notadū aūt ꝙ Aplus in pmissis vario mō loquit̄ ponēdo bonū tpale cōtra spirituale: nā in temporalibus addit dictionē cōditionalē. s. q̃si vl' tāq̃: vel sicut: aut huiusmōi: non aūt in spūalibus: q: tpalia nō habent rationē boni vel mali scōm veritatem sed tm̄ scōm hoium apparentiā ⁊ existimationē: spūalia vero scōm veritatē.

Sicut egentes[a]: multos autem locupletantes[b]. Tanquam nihil habentes[c]: et omnia possidentes[d].

Dñica pma in quadragesima euãgelium Matthei.iiij.cap.

In illo tēpore. Ductus ē ihs i desertū[e] a spū: vt tētaret a diabolo. Et cū ieiunasset[f] q̃dragita diebus[g] ⁊ q̃dragita noctibus postea esuriit. Et accedēs tētator[h] dixit ei.

Expositio litteralis.

e In illo tpe. Ductus est iesus i desertū) Hic ostendit euāgelista in christo veritatē deitatis et humanitatis ex demonis temptatione: et ex sanctorum angelorū administratione. Et primo ponitur primū: secundo secundum: ibi. tunc reliquit ⁊c̄ Prima diuiditur in tres secundū triplicem tēptationem: et triplicem christi victoriam: scda ibi. Tūc assumpsit eū. Tertia ibi. iterum assumpsit eum. Prima ergo tēptatio fuit de carnis concupiscentia. Accepit aūt temptator occasionem primo de hoc tentādi ex esurie ipius xpi. Post baptismū enim xpi imediate ductus est a spū).s. sancto: q: humanitas xpi erat organum diuinitatis: ⁊ iō ad omnia agēda mouebatur instinctu spiritus sancti. Hoc igitur motu iuit in desertum locum. s. aptum orationi: vt ibi spiritū in oratione offerret pro nobis deo patri. f Et cuz ieiunasset) vt carnem innocentē pro nobis maceraret: et exemplū fidelibus daret. Et p hoc quod post baptismū talia egit: nobis ostendit ꝙ qui inchoat nouā vitam debet seipsum offerre deo p ieiunīū ⁊ orationē sequit̄. g Quadragita dieb⁹) nō vltra transit vt vtus diuinitatis diabolo celaret̄: Quia Moyses ⁊ Helias ieiunauerūt tot dieb⁹. h Postea esuriit) per hoc in se et veritatē hūane infirmitatis ondit: ⁊ occasionē tentatori dedit ideo sequit̄. i Et accedēs tentator) Ad euidentiā huius tētatōis ad aduertendū qd̄ diabolus sciebat p̄dictuz per ꝓphetas ꝙ christus futurus erat verus homo et verus deus vt habet̄ expresse Isai.ix.ca. Paruulus natus est nobis: ⁊ filius datus est nobis: Ecce vera humanitas: ⁊ vocabit̄ nomē eius admirabilis cōsiliarius: de⁹ fortis pater futuri seculi p̄nceps pacis. Ecce manifesta ei⁹ diuinitas: et in pluribus alijs locis idem exprimit̄: quod omitto propter ꝓlixitatē. similiter sciebat tempus natiuitatis xpi esse conpleeū. Tum propter hebdomadas Danielis in quibus erat determinate prefixus

terminus sui aduentus. Tum ꝓpter translationē regni iudeoꝝ ad Herodē alienigenam: prout fuerat predictum per Jacob patriarchā. Gene. xlix. ca. Sed nesciebat certitudinaliter ꝙ ibs nazarenꝰ esset ipe xp̄s de q̄ talia fuerant dicta. Uerū tn̄ ꝓpt eminētiā sctitatis eius ⁊ ꝓp cōpletionez tp̄is respectu xp̄i aduētus habebat quādā cōiecturā: ꝙ ipe eēt vere xp̄s Et ideo de hoc voluit expientiā accipe per tētationē: quia tentare est accipere expientiā de aliq̄ qđ ignorat. Intendebat etiā vlterius p hanc tētationē inducere eū ad peccatū si inueniret purus hō. Sed neutrū obtinuit vt patebit. Dicit igit tentādo. a Si filius dei es). s. naturalis ⁊ per consequēs ei equalis in potestate. b Dic vt lapides ⁊c̄) Luce. iiij. ca. dr̄. Dic lapidi huic ⁊c̄. et idē est: qꝛ singulare includit i plurali: ⁊ ideo demonstrauit plures lapides necessario demonstrauit ⁊ vnuz Uel aliter dicēdū: qđ lucas accipit singulare pro plurali. Sicut accipit Exodi. viij. Uenit musca grauissima in domo Pharaonis. i. multitudo muscaꝝ c Qui respōdens dixit) Sic respōdit xp̄s ꝙ nec diuinitatē eius poterat ꝓpēdere nec ipm ad gulā inducere dicēs. d Scriptum est) Deutero. viij. caplo. e Non in solo pane viuit homo). s. corporali. f Sed in omni verbo ⁊c̄) qđ verificatur non solum de vita spirituali: sed etiam de corporali: sicut patet d̄ Moyse qui ieiunauit quadragita diebus et quadraginta noctibus v̄bo dei spiritualiter et corporaliter sustētatus

Si filius[a] dei es dic vt lapides[b] isti panes fiant. Qui respondens dixit[c]. Scriptum est[d]. Nō in solo pane viuit homo[e]. Sz in omī verbo[f] quod procedit de ore dei. Tunc assumsit eum[g] diabolus in sanctam ciuitatem: et statuit eum supra pinnaculum templi[h] ⁊ dixit ei[i]. Si filius dei es mitte te deorsū. Scriptum est eni[k]: quia angelis suis mādauit de te: et in manibus tollent te: neforte offēdas ad lapidem pedē tuū. Ait illi iesus[l] rursum. Scriptū est. Non tentabis dn̄m deuz tuū[m]

g Tunc assumpsit eum) Hic scđo tētat cum de superbia et ad eundem finem sicut prius. dicit ergo Matheus Tunc assumpsit eum in sanctā ciuitatem). i. hierusalē que dicebatur sancta quia diuino cultui deputata ꝓpt tēplum quod erat ibi: nec erat licitum in lege sacrificare deo alibi. h Et statuit eum supra pinaculuz tēpli) Istud pinaculum erat templi tecū: quod erat desuper planū sicut fiebant tunc domus Palestinoꝝ Erat enim intentio demonis illuc euz portantis: vt a populo ciuitatis ipe iesus quasi volare videret: et sic in vanā gloriam ferret. Sed diuina virtute fecit ꝙ nullus eum vidit: quia in potestate eius erat videri et nō videri. i Et dixit ei (Si filius dei es mitte te deorsum) quasi di. virtute ꝓpria potes sine periculo: ⁊ etiā ꝓpter ministerium angelorū tibi seruientium. k Scriptū est enim) de te. s. in psal (Quia angelis suis mandauit de te ⁊c̄. l Ait illi iesus) Sic rn̄dit ei per scripturā quod totaliter euacuat eius tentationem. m Non tēptabis ⁊c̄) Deutero. vj. ca. Tentare enim deū est querere experimentū de dei virtute absq3 ineuitabili necessitate et h' est peccatū: qꝛ qn̄cūq3 habet hō aliquid qđ potest facere ƀm viam humanā ad euadendū periculū. non debet illud omittere querendo diuinum experimentū: et ꝓpter h' ꝓbatio ferri candētis et monomachie tanquā illicita ꝓhibent in iure. Per hoc ergo respondet iesus diabolo tentanti ipsū: qꝛ cū posset de pinaculo tēpli de

Iterũ assumpsit eũ dia/bolus[a] i mõtẽ excelsũ valde ⁊ oñdit ei oĩa re/gna mũdi[b] ⁊ gl'iã eoꝝ ⁊ dixit illi hec oĩa tibi dabo si cadẽs adoraue/ris me[c] Tũc dixit ei ie/sus. Uade sathana[d] Scriptum est eni. De/um tuum adorabis[e] ⁊ illi soli serui(e)s. Tunc reliquit eũ[f] diabolus et ecce angeli accesse/rũt et ministrabãt ei[g].

scendere per viam humanã scȝ ꝑ gra/
dus ad hoc factos in templo: non de/
bebat per altum locum descendere: q2
hoc esset deum tentare. a Iterũ as/
sumpsit eum diabolus) Hic tertio ten
tat euȝ de cõ
cupiscentia
oculorũ seu
auaritia: qa
posuit eum
in montem
excelsum .
Quis auteȝ
fuit iste mõs
nõ nomina/
tur nec multum refert ad propositum
b Et ostendit ei omnia regna mũdi)
Non sic est intelligendũ: ꝙ ex illo loco
possent oĩa regna: et omnes ciuita//
tes determinate videri: sed ostendẽdo
diuersas partes orbis dixit ei. Tale re/
gnũ est in tali situ: et tale in tali enarrã
do in breuibus magnitudinẽ ⁊ glorĩa
illorũ regnoꝝ: et ideo ostensio fuit ma
gis ad audituȝ q̃ȝ ad visum: quo facto(
dixit ei. c Hec omnia tibi dabo) Ex
hoc loco ⁊ alijs similibus dixerũt ma/
nichei: ꝙ diabolus est dominus istorũ
corporaliũ inferiorũ sicut factor et cre/
ator eoruȝ: sed hoc patet manifeste fal/
sum Gene. pmo vbi describunt facta a
deo. et ideo dicendũ ꝙ diabolus men/
tiebat: quia mẽdax est ⁊ pater menda
tij: vt habet ioannis. viij. ca. Creature
enim corporales non sunt in potestate
ipsius nisi quantũ sibi ꝑmittit a deo. se
quit. d Uade sathana) Hic incre/
pauit eum et non supra: ad ostenden/
dum: ꝙ ꝓprias iniurias debet homo
portare: sed dei iniuriam nullo modo
tolerare. hoc autẽ maxime fit: qñ cul/
tus debitus deo impẽdit diabolo: qđ
diabolus facere suggerebat. Et ideo
hanc veritatẽ per scripturã cõfirmat.
deutro. vj. ca. e Dominũ deuȝ tuũ
adorabis ⁊c) adoratione. s. latrie: que
soli deo debetur: homines aũt venera
ri possunt veneratione dulie. f Tũc
reliqt eũ) Hic ostendit eius diuinitas
ex ministerio sanctorũ angeloruȝ: reli
querunt enim angeli ipsum iesum ad
tempus vt diuinitas eius diabolũ ma
gis lateret:
et conueniẽ
tius locũ tẽ/
tandi habe/
ret ⁊ vt victo
ria ipius xp̃i
excellentior
apperet: ex
hoc quod so
lus ipsum d
uinceret. Et ideo victo tẽptatore ⁊ pre
confusiõe recedẽte. g Accesserũt an
geli et ministrabant ei) sicut vero dño
ꝓprij serui. Ex quo apparet diuinitas
xp̃i: q2 nulla natura est supra angelicã
nisi diuina.

Expositio moralis.

Ductus est iesus in desertum) Per
hoc insinuat ꝙ aggrediẽs deser/
tum pnie: fortius temptat ab hoste: ec
ecc̃iastici. ij. ca. Fili accedẽs ad seruitu/
tẽ dei sta in iusticia ⁊ timore et ꝑpara
aiam tuã ad tẽptationẽ. i. ad resistẽdũ
tẽptatiõi q̃ imminet tibi Illos eni de⁹
fortius tẽptari ꝑmittit q̃s fortiores eẽ
cognoscit. j. corin. x. c. Fidelis aũt de⁹
est q nõ patiet vos tẽptari supra id qđ
potestis. ꝑ h' aũt qđ iesus tẽptari voluit
triplici tẽptatiõe: oñdit q2 quãuis tẽ/
ptatio vł ẽ a carne vł a mũdo. vł ab ho
ste: diabol⁹ tñ vtit aliqñ carne ⁊ mũdo
tẽptationes eoꝝ accẽdendo.

Questio fris antonij betontini sup idẽ
euãgeliũ. Nõ in solo pane viuit hõ ⁊c.
Math. iiij. ca. Sup qb⁹ vbis merito q̃
rit. Utrũ gulositas q̃libet ieiuniũ fran
gat ⁊ õstruat? Cui q̃õni ex snia doctorꝫ
nři Richa. sup di. xv. iiij. l. sniaꝝ art. vj
rñdet sic dicẽtis. Ieiuniũ qđ obseruare
ppl's xp̃ian⁹ obligat triplex est. Quorũ
pmũ dr ieiuniũ cuiuscũq3 scli iniqtatꝫ
⁊ neqtie. Un btũs Augu. sup ioãnẽ et

notat̃ a Gratiano de ↄſe.di.v.ca.Ieiu
niũ: taliter inquit.Ieiuniũ magnũ
et generale eſt abſtinere ab iniq̃tatibꝰ
et ab illicitis voluptatibꝰ ſeculi:quod
eſt perfectum ieiuniũ.Nam vt Hiero.
ait.Tunc preclara eſt abſtinentia cor/
poris:cũ animꝰ ieiunat a vitijs.Quid
enim prodeſt corpus attenuare abſti/
nẽtia cũ animus intumeſcit ſuperbia
Unde Iſidorus ait.Qui a cibis abſti/
nent:⁊ mala agunt demones imitant̃
quibus eſca ſemꝑ abeſt:et culpa ſem/
per adeſt.ideo dñs per iſai.lv.iij.ca.
dicit.Nonne hoc eſt magis ieiunium
q̃d elegi: diſſolue colligationes impie
tatis .i.peccata quoꝝ velut anuloꝝ
catenarũ vnum ad aliud trahit.Et q̃
quot homo habet genera peccatorum
tot retinet eoꝝ diuerſitates faſciculoꝝ
ideo additur.Solue faſciculos depri/
mentes:et quia ſenſus interiores ⁊ ex
teriores peccatis cõfringunt̃: idcirco
ſubinfert̃.Dimitte eos qui confracti
ſunt liberos.hoc quippe ieiuniũ:ꝑ q̃d
libet pctm̃ mortale frangit̃.Aliud ieiu/
niũ dicit̃ v̓tutis abſtinẽtie: de quo
Hieronymus ad Demetriadẽ virginẽ
ait.Sint tibi quottidiana ieiunia ⁊ re
fectio ſatietatẽ fugiens:nihil ꝓdeſt ti/
bi biduo vel triduo tranſmiſſo vacuũ
portare ventrẽ:ſi pariter obſtruat̃.Q̃d
dicit̃ in eadẽ di.d̃cretoꝝ a gratiano po/
nit̃.Cõtradicũt huic ieiunio multa de
q̃bus i ſmone q̃dragesime Bernardꝰ
ait.Si ſola gula peccauit:ſola ieiunet
ſi aũt peccauerũt cetera mẽbra cur nõ
ieiunẽt ⁊ ipa?Et infra ſubdit.Ieiunet
oculus a curioſis aſpectibꝰ.Auris a fa/
bulis ⁊ rumoribꝰ.Ieiunet ligua a de/
tractiõe ⁊ murmuratiõe.Ieiunet ma
nus a malis opibus.Ieiunet aĩa a vi/
tijs.Cõtradicũt inſuꝑ huic ieiunio mul
ta alia de ꝑfectiõe ſic ad vxores accede
re:teſte Ambroſio dicẽte.Nullꝰ oĩno
in q̃dragesima vxori ſue aũ octauas pa
ſce iungat̃.Hic ꝓpheta Iohel.ij.ca.
ait.Egrediat̃ ſpõſus de cubili ſuo: et
ſponſa de thalamo ſuo:lʒ ipi nullo mo
do duci hoc tp̃e poſſint:ſicut in ca.Ca
pellanꝰ:extra de ferijs d̃r.Debita rep̃e
tere venationibꝰ intẽdere choreas age
re:⁊ hm̃õi:que oĩa cã breuiatis omit/
to cũ de eis in op̃e de penitẽtia latius
ꝑtractet̃.Ultimũ ieiuniũ dicit̃ ſancte
matris eccl̃ie:q̃d frangit̃ nõ ſolũ per
guloſitatẽ q̃ ẽ peccatũ mortale inquã/
tum hoc ieiuniũ includit illud : q̃d eſt
virtutis abſtinentie:ſed etiã per gulo/
ſitatẽ : que eſt ↄtra ſtatutũ eccl̃ie : que
q̃nqʒ modis opatur.De q̃bus Grego.
in expoſitione beati Iob : et notatur a
Gratiano de conſe.di.v.ca.Quiqʒ mo
dis:taliter inquit.Quinqʒ modis nos
gule vitium tẽptat.Aliq̃n nanqʒ indi/
gentie tp̃a preuenit.Aliq̃n cibos lau/
tiores querit.Aliq̃n que ſumenda ſũt
procurari accuratius expetit.Aliquã/
do aũt ⁊ qualitas ciborũ et tempus cõ
gruit:ſed in ipſa quantitate ſumendi
menſurã refectionis excedit.Nonnun
q̃ʒ abiectuʒ eſt ꝙ deſiderat : ⁊ tamẽ ip/
ſo eſtu immenſi deſiderij deterius pec
cat.Et ex his colligi poteſt:ꝙ in ieiu/
nio oĩs gula de ꝑfectiõe vitãda ẽ:lʒ nõ
niſi mortalis de neceſſitate.Nã codice
de legibꝰ lege Nõ dubiũ.d̃r.Nõ du/
biũ ẽ eũ in legẽ cõmittere:q̃ v̓ba legis
ãplexus ↄtra legis nitit̃ volũtatẽ.Igit̃
ad tale vitiũ euitandũ in v̓bis iſtis d̃r.
Nõ i ſolo pane:ideſt in q̃cũqʒ cibo cor/
porali viuit homo:ſed in omni v̓bo q̃d
procedit de ore dei.

¶ Alia q̃d eiuſdẽ fr̃is Antonij ſup idẽ
euãge.Nõ i ſolo pane viuit hõ In q̃bꝰ
v̓bis q̃rit̃.¶ Utrũ gula ſit grauiſſimũ
pctõꝝ?Ad cuiꝰ euidẽtiã ſciẽdũ eſt ſm̃
doctrinã ſci Tho.ſa ſe.q.cxlviij.ar.iij
Q̃d pctm̃ vl̓ grauitas pcti triplicit̃ ↄſi
derari põt Primo q̃dẽ ⁊ ꝑncipal̓r ſm̃
materiã i q̃ peccat̃ ⁊ hm̃õi ↄſideratõe
pctã q̃ fiũt circa res diuias maxĩa repu
tant̃.Scd̃o nãqʒ mõ ex ꝑte peccãtis: et
ſm̃ hec aliq̃ pctã leuia ſũt Ultio ex ꝑte
effectꝰ ↄñtis.lʒ igit̃ pctm̃ gule ñ ſit ni

ximũ p̃mo mõ cũ sit circa ea q̃ ad sustẽtationẽ corpis spectare noscunt: neq3 scd̃o mõ: q2 tũc magis alleuiat q̃3 aggrauat. Tũ pp necessitatẽ ciboꝝ: tũ pp difficultatẽ discernẽdi ⁊ moderãdi id qd̃ i talib⁹ cõuẽit: tñ vltio mõ extimat grauissimu3 cũ ex ea occasionẽ accipiant diuersa pcã. Hic Crisosto. ait. Adam incõtinẽtia vẽtris expulit a paradiso. Diluuiu3 qd̃ fuit tpe Noe ipa facit. Et hiero. lib.ij. cõtra Jouinianũ ait. Porro ciboꝝ auiditas q̃ auaritie mater sit: ⁊ animu3 q̃si q̃busdã cõpedib⁹ in terra teneat quis ignorabit: ⁊ ppter breuẽ generalẽ voluptatem terre lustrant ⁊ maria. Et vt mulsũ vinũ p̃ciosusq3 cibus fauces nostras trãseat totius vite ope desudam⁹. Et infra. Frustraq3 qdã simulãt salua fide ⁊ pudicitia ⁊ integritate mentis se abuti voluptatib⁹: cum ɔtra naturã sit corpa voluptatũ: sine voluptate pfrui. Et apl's hoc ipm cauẽs dixerit. Que ãt est in delitijs viuẽs mortua est.

Feria.ij.post p̃mã dominicã quadragesime euãgeliũ Mat.xxv.c.

In illo tẽpore: Dixit Jesus discipulis suis. Cu3 venerit fili⁹ hois[a] i maiestate sua[b]: ⁊ oẽs angeli eius cum eo[c]: tũc sedebit super sedẽ maiestatis sue[d]: ⁊ congregabuntur ante eũ omnes gentes[e]: ⁊ separabit eos ab inuice3[f]: sicut pastor segregat oues ab hedis[g]. Et statuet qdem oues a dextris suis[h]. Hedos autem a sinistris[i]. Tunc dicet rex his qui a dextris eius erunt[k]. Venite bñdicti pris mei: possidete[l] paratu3 vobis regnũ a constitutione mũdi.[m] Esuriui[n]

a Cum aũt venerit filius hois. Expositio lr̃alis. Hic ponit tertia pabola q̃ pertinet ad actiuos: ad q̃s ptinet se exercere in actib⁹ mie: p q̃ exercitio remũerabunt: desistẽtes aũt a talib⁹ ɔdẽnabunt. Dicit ergo a Cũ aũt venerit fili⁹ hois) l3 eni idẽ sit fili⁹ dei ⁊ hois: facit tñ mentione3 de filio hois q2 in forma hũana veniet ad iudiciũ. b In maiestate sua) q2 tunc apparebit in forma hois gl'iosa q i primo aduentu apparuit in forma passibili ⁊ infirma. c Et omẽs angeli ei⁹ cum eo). Tũ ppter honorẽ iudicis: tũ ppter executionẽ iudicij: q2 ministerio sanctorũ angeloꝝ deducent electi ad celum: per malos angelos reprobi trahent ad infernum. d Tũc sedebit sup sedẽ maiestatis sue) per hoc significat po testatẽ iudiciariã q̃ data est christo homini. e Et cõgregabunt ante eũ oẽs gẽtes) q2 null⁹ tunc poterit latere.

f Et separabit eos ab inuicẽ) q2 iusticia cuiuslibet ⁊ malicia appebit oib⁹ manifeste: ⁊ talis distinctio vocat separatio: ⁊ cũ hoc forte distinguent scd̃m sitũ. g Sicut pastor segregat oues ab hedis) Per oues intelligunt iusti ppter eoꝝ innocentiã: p hedos reprobi ppter eoꝝ nequitiã. Hedus eni qñ crescit est aĩal fetidũ ⁊ luxuriosu3: vñ ⁊ in lege hircus offerebat pro pctõ principis: vt habet Leuitici.iiij.capitulo. h Et statuet qdẽ oues a dextris) .i. in potioribus bonis: q2 sancti trãsferent ad gloriã. i Hedos aũt a sinistris) q2 mali dimittent ad penã: vl' q2 forte sic erũt dispositi scd̃3 sitũ in iudicio: q2 dextera loc⁹ est honorabilior: ⁊ io ɔuenit electis. k Tũc dicet rex his q a dextris ei⁹ erũt. Venite bñdicti pr̃is mei).i. a pr̃e meo. l Possidete) .i. eternaliter tenete. m Paratũ vob̃ regnũ a ɔstitutione mũdi) q2 a p̃ncipio mũdi factũ est celũ empireũ qd̃ ẽ loc⁹ beatorũ n Esuriui ⁊c̃). Hic tãgunt sex opera misericordie que sunt ne-

eni ⁊ dedistis mihi mā
ducare. Sitiui ⁊ dedi/
stis mihi bibere. Ho/
spes eram ⁊ collegistis
me. Nudus ⁊ operui/
stis me. Infirmus: ⁊ vi
sitastis me. In carcere
eram: ⁊ venistis ad me
Tunc respondebūt ei
iusti dicentes: Domie
quando te vidim⁹ esu
rientē: ⁊ panimus te:
⁊ sicientem ⁊ dedimus
tibi potū. Quando āt
te vidimus hospitem ⁊
collegimus te: aut nu/
dum: ⁊ cooperim⁹ te.
Aut qn̄ te vidimus in
firmū: aut i carcere: ⁊
venimus ad te? Et re/
spondēs rex dicet illis
Amē dico vobis. Quā
diu fecistis vni de his
fratrib⁹ meis: mihi fe/

cessaria ex parte corporis: et intelligit
p hoc septimū qd̄ est sepelire mortuos
Sufficiētia aūt istoꝝ hoc mō accipit:
q: hō in vita pn̄ti pimo indiget ex pte
corpis alimēto: sine q nō potest esse: ⁊
hoc alimētū
est duplex.
Unū est cali
dū ⁊ siccum
Et hoc voca
tur cibus: ⁊
⁊ sic vnū op⁹
mie est pa/
scere esuriē/
tez: vn̄ dicit
phs .ij. d̄ aia
Qd̄ esuries
est appetit⁹
calidi ⁊ sicci
Et aliud est
alimentū frigidum ⁊ humidū: ⁊ illud
vocat potus. Et sic scd̄m opus miseri/
cordie est potare sitientē: ⁊ sic dicit .ij.
de aia. ꝙ sitis est appetit⁹ frigidi ⁊ hu
midi. Scd̄o indiget tegumento sine q̄
nō pōt bene esse: videlicz indumēto et
domicilio: in q̄ possit regescere: ⁊ sic ē
duplex opus mi̅sicordie .s. vestire nu/
dū: ⁊ colligere vel recipere hospitem.
Tertio indiget post vitā istā sepultura
⁊ sic ponit quintū op⁹ misericordie .s.
sepelire mortuos. Ista aūt qnqz predi
cta sunt oibus cōia: alia sunt duo opa
misericordie que impēdunt alicui ex
alio accidēte supuenīēte vt si aliqs in/
currit infirmitatē vel capiat ab hosti/
bus: ⁊ sic accipiunt duo opa q̄ sunt visi
tare infirmū: ⁊ redimere captiuum: ⁊
noie redēptionis intelligit oē bn̄ficiū
eis impēsuz. Ista aūt septē opa miseri
cordie habent in vno versu. Uisito: po
to: cibo: redimo: tego: colligo: condo:
⁊ patet snīa ex pdictis. Ista aūt septez
impēsa xpi fidelib⁹ ppter xpm sibi re/
putat totū factū: q: fideles sunt mem/
bra eius: ⁊ ecōtrario fidelibus denega
ta: sibi reputat denegari: ppter qd̄ fa/

cientibus opa misericordie: reddit vi/
tā eternā: denegātibus aūt penam: ex
istis patet littera. a Dn̄e qn̄ te vidi/
mus esurientē ⁊c̄) Nō est questio pce
dēs ex ignorātia: q: iusti certitudinali
ter cognoscēt
ꝙ opa mise/
ricordie fa/
cta mēbris
xpi: xps sibi
reputet fieri
et p talibus
se certitudi/
naliter salua
ri. Et similit
mali sciēt se
dānari p cō
trario. Sed
ē questio ad
mirationis p
magnitudie grē que fiet electis: ⁊ ma
gnitudine miserie q̄ infliget reprobis
Considerandū etiā ꝙ hic nō fit mētio
de opibus misericordie ex parte anie:
q: illa ptinent pro maiori parte ad pla
tos ad quos ptinet alios instruere ⁊ di
rigere in salutē: hic aūt agit d̄ iudicio
circa statū actiuorū: vt visuz est: cetera
patēt ex dictis. Expositio moralis.

C Um aūt venerit filius hois in ma
iestate sua) Hoc etiā pōt exponi d̄
aduētu xpi ad iudiciū particulare: si/
cut et pars precedēs. Nā a tpe ascensi
onis sedet in maiestate ad dexterā dei
patris: ⁊ angeli sunt cū eo. Oēs etiam
gētes cōgregate sunt an̄ eū: q: nuda et
aperta sunt oculis eius oia. Hebr. .iiij.
Ipe etiā segregat oues ab hedis: oim
merita ⁊ demerita discernēdo: ⁊ ponit
bonos ad dexterā: dādo eis gratiā que
est arra glie: et p oppositū malos ad si/
nistram arrā glorie negādo: ⁊ sic dicit
bonis (Possidete paratū vobis regnū)
ſm ꝙ dicit Luc. xvij. Regnū dei ē in/
tra nos (Esuriui) in membris meis de
siderantibus eucharistiam et dedistis
mihi; vos sacerdotes bene ministran/

do(Sitiui) potū sapiētie salutaris(et dedistis mihi bibere) vos doctores et predicatores ecclesie(Hospes eram) exclusus a cōmunitate ecclesie(⁊ collegistis me) vos pij iudices absoluentes me(Nudus) operimēto virtutū(⁊ operuistis me) reducēdo me ad v̄tutis bonum(Infirmus): infirmitate passionis inordinate(⁊ visitastis me) suportādo charitatiue(In carcere erā) ligatus praua consuetudine(et venistis ad me) soluendum a tali ligamine E conuerso vero dicet malis(Esuriui ⁊ non dedistis mihi māducare) Expositio patet ex predictis per negationem collationis dictorū beneficiorū. Et sicut cōferentes digni sunt premiatiōe. Ita denegantes ⁊ dare potētes punitione. Ideo concludit in fine(Et ibūt hi in supplicium eternum.

cistis. Tunc dicet ⁊ his qui a sinistris eius erūt Discedite a me maledicti in ignem eternū: qui paratus ē diabolo ⁊ angelis eiꝰ. Esuriui enī ⁊ nō dedistis mihi manducare. Sitiui et non dedistis mihi potum. Hospes erā: ⁊ nō collegistis me. Nudus ⁊ non cooperuistis me Infirmus et in carcere: ⁊ non visitastis me. Tunc respōdebunt ei ⁊ ipsi dicentes. Domine quando te vidimus esurientem[a]: aut sicientem: aut hospitem: aut nudum: aut infirmum: aut in carcere: ⁊ non ministrauimus tibi? Tunc respōdebit illis dicens. Amen dico vobis q̄zdiu non fecistis vni de minoribꝰ his: nec mihi fecistis. Et ibunt hi in supplicium eternū: iusti autem in vitam eternā.

Questio fratris Antonij betontini sup euangelio Matthei.xxv.cap. Ite maledicti in ignē eternum qui paratꝰ est diabolo. In quibus verbis queritur. ¶ Quare pena prauorū eternalis ē: cū eorū culpa tēporaliter commissa sit? Sed hec questio citius soluit: si diuine iusticie ratio equo animo pensatur Nā ⁊ doctores sancti qui hoc iusta meditatione pensarūt tribus rationibus vt de reliquis taceam: ad veritatem diuine iusticie declarandā vsi sunt. Quarum prima est. In eodem statu in quo homo moritur in eodem punitur: sed morientis peccatoris volūtas in infinitum inuenitur mala: igitur ⁊ in infinitum existimatur punienda. Dicit enī in capi. Cum voluntate: extra de snia excommunicatiōis. Voluntas et ꝓpositum distinguūt maleficiū. Hinc Ecclesia.xj. capi. scribit Si ceciderit ad austrū per quē charitatis feruor designatur: aut ad aquilonem per quē frigiditas peccatorū ad benefaciendū denotatur: In quocunq̄ loco ceciderit ibi erit. Ceterum quanto minus bonū est ꝙ peccatores deo preferūt siue per quod quasi deus ipse deseritur: tanto ei ignominia irrogatur: cum ergo omne quod est: vel esse potest in infinitū minus deo sit: infinitam iniuriam a creatura creator accipit. Hinc Hiere. secundo capitulo. conqueritur dominus. Me dereliquerunt peccatores scilicet fontem aque viue: et fodiunt sibi cisternas dissipatas. Et licet omnis cōparatio abusio sit respectu domini: tamen secundum humanum modum loquendi non parum differunt: Fons aque viue qui deus est: quam samaritane promisit dicens. Qui biberit ex aqua quam dabo ei non sitiet in eternum Joannis quarto capitu. Et cisterne dissipate per quas res create intelligi possunt ad quas deserendo creatorem peccatores conuertuntur. Ultima ratio et melior talis sit. Iustꝰ

iudex qui cognoscit quo corde pctm cōmittit: non tñ minus opus malū in puniēdo considerat: q̄ꝫ mentē peccantis putemus qd̄ discutiat Quotiēscūqꝫ igit in voluntate peccatū reperit totiens eū puni re disponit: ꝛ si semꝑ vo lūtate pctm accedere inueniat semp oportꝫ vt eū puniri diffiniat: et quia culpa morta li deficiente mala volūtas semꝑ adest: q ei semp sit pena necessariū est Un̄ in .iiij. dialogo rum volumine beatus Greg. petro dicenti sibi: Scire velim quō iustū sit: vt culpa q̄ cū fine ꝑpetrata ē: sine fine puniat: ꝑtinus rn̄dit dicēs: hoc petre recte diceret: si iustus iudex: non corda hoiuꝫ: sed facta pēsaret: iniqui eni iō cū fine deliquerūt: q: cū fine vixerunt naꝫ voluissent vtiqꝫ sine fine viuere: vt potuissent sine fine peccare. Ostēdunt eni q: in peccato semp viuere cupiūt qui nunqꝫ desinūt peccare dū viuunt. Ad magnā ergo iusticiā iudicātis ptinet: vt nunqꝫ careāt supplicio q in hac vita nunqꝫ voluerūt carere peccato

Feria .iij. post ꝑmam dominicā quadragesime euāgeliū scdm Matth. xxi. cap.

In illo tēpore: Cuꝫ intrasset Jesus hierosolimā[a]. commota est vniuersa ciuitas[b] dicens. Quis est hic[c]? Populi autem[d] dicebant. Hic est iesus a nazareth galilee[e] Et intrauit iesus in templū dei[f]: ꝛ eijciebat omēs

Expositio litteralis

a Et cum intrasset). Hic ponit iudeoꝝ indignatio: q: principes sacerdotū ꝛ maiores indignabant de reuerētia xp̄o exhibita: ꝛ iō dicitur. b Cōmota est vniuersa ciuitas): q: factū maioꝝ dicit esse factū totꝰ ciuitatis dicens. c Quis est hic) quasi di. Iste nō est talis ac tātus q talia deberēt sibi exhiberi d Ppl̄i aūt).i. simplices ꝛ vulgares q̄si rationē de ꝯtrario reddētes e Dicebāt: hic est iesus ꝓpheta a nazareth galilee). Et vocant eū ꝓphetā nō quēcunqꝫ sed illū q dictus fuerat per moysen ꝓphaꝫ Deut. xviij. cap. ꝛ replicat Act. vij. cap. Prophetā suscitabit deus de fratribꝰ vr̄is et ideo merito debet honorari. f Et intrauit). Hic scd̄o oñdit q iudei fuerūt ꝯtēptores diuine maiestatis in facto patenti: ꝛ diuidit in duas: q: pmo ostendit xp̄i diuinitas ex duplici facto. Secūdo ꝯiungit iudeoꝝ impugnatio ibi. Uidētes āt ꝑncipes: prima in duas ꝑm duplex factū a xp̄o oñsuꝫ. Scd̄ꝫ ponit ibi. ꝛ accesserūt ad eū. ¶ Ad euidentiā primi ꝯsiderādū q ꝑncipes sacerdotū q erāt auari ꝑ astutias suas diuersas conabāt excoriare vel expoliare ppl̄m: igit q: de lōginqs ꝑtibus aliq veniebāt i hierusalē causa deuotiōis: q: nō erat eis licitū alibi sacrificiū offerre: ꝛ nō poterant ex tā lōginqͦ aialia adducere: ꝛ iō sacerdotes statuerāt in tēplo aliqͦs de sua familia q vēdebāt in atrijs tēpli illa q̄ poterāt in tēplo offerri: ne venientes a longe haberēt excusationē cessandi ab oblationibus. Silr̄ q: aliq veniebant ad templū q nō hēbant pecuniā vñ possent aialia offerēda emere: iō sacerdotes statuerant ibi nūmularios q sb̄ certa cautiōe pecuniā traderēt: ꝛ sic nullus excusaret qn possit sacrificium offerre. Licet eni ꝓ illa acomodatiōe pecunie nō reciperēt pecuniā vltra sortem: recipiebāt tñ aliq̄ munera: vl̄ exenia: ꝛ sic pꝫ q peccabāt ex facto qd̄ erat illicitū .s. aliqd recipe vltra sortē quātūcūqꝫ modicū: ꝛ ex loco q: talia exercebāt in locis oroni deputatis: et ideo xp̄s talia tanqꝫ illicita de tēplo eiecit: et in hoc se dn̄m tēpli oñdit: ꝛ hoc est qd̄ dicit hic f Et intrauit iesus in tēplū dei) tēplū āt aliqñ accipit ꝓpe ꝓ domo tēpli qd̄ diuidebat i duas ptes: vna pars vocabat scīm vbi erat altare

vendentes ⁊ ementes in templo: ⁊ mēſas nū mulariorꝫ ⁊ cathedras vendentiū columbas euertit. Et dixit eis: ſcriptuꝫ eſt[a]. Domus mea dom⁹ orōnis vocabit[b]. Vos autē feciſtis illā ſpeluncā latronum. Et acceſſerunt[c] ad eum ceci et claudi in templo et ſanauit eos[d]. Videntes autez principes[e] ſacerdotuꝫ ⁊ ſcribe miracula que fecit: et pueros clamātes in templo[f] et dicentes: Oſanna filio dauid: indignati ſūt[g] et dixerunt ei: Audis quid iſti dicunt[h]: Jeſus autē dixit eis[i].

thimiamatis menſa ⁊ cādelabrū. Alia pars erat ſctm̄ ſcōꝝ vbi erat arca teſtamēti ⁊ duo cherubi: illā ptē q̄ dicebat ſctm̄ itrabāt q̄tidie ſacerdotes ad offerendū incēſuꝫ ⁊ nulli alij: intra ſcm̄ ſcōruꝫ ſol⁹ ſūm⁹ pōtifex itrabat et ſemel i āno. Aliqn̄ āt accipit tēplū large q̄dā platea q̄drata an̄ tēplum clauſa muro: ⁊ dicebat atriū ſacerdotuꝫ: q: ſb̄ diuo erat altare holocauſtoꝝ: ⁊ illud itrabāt nō ſolū ſacerdotes: ſꝫ etiā leuite eos adiuuātes i excoriatiōe hoſtiarū ⁊ ablutiōe ⁊ ꝯſilib⁹. Vulgares āt hoīes illuc nō itrabāt: ſꝫ ad hoſtiuꝫ illi⁹ atrij aīalia viua offerebāt ſacerdotib⁹. Jſta aūt duo loca nō itrauit xp̄s: q: nō erat ſacerdos nec leuita ſꝫ preter iſta duo loca erāt adhuc duo alia loca: vbi hoīes ſb̄ diuo erāt in orōne: ⁊ i vno orabāt viri ⁊ i alio mulieres: ⁊ iſta atria noīe tēpli vocabāt ſm̄ qḋ ſcribit Act. iiij. ca. Petr⁹ ⁊ Joānes aſcēderūt i tēplū ad horā orōnis nonā ⁊ de hoc dr̄ hic. Et itrauit ih̄s in tēplū dei: ⁊ eijciebat oēs vēdētes ⁊c̄.

¶ Sed querit hic Queſtio. Quō nō reſtiterūt ei? Dicēdū ꝙ ex oculis ei⁹ ⁊ facie exibat fulgor terrens eos ita ꝙ nō audebāt reſiſtere: ſicut i voce ſua terruit eos q veniebāt ad capiēdū eū: q cū audierūt ip̄m dicentē. Ego ſū: abierūt retrorſū ⁊ ceciderūt in terrā vt hr̄ Joan. xviij. ca. Jn volūtate eni xp̄i erat ondere infirmitatē aſſūptaꝫ ⁊ ſue diuinitatis v̓tuteꝫ ſeq̄t. a Et dixit eis ſcriptū eſt) Jſai. lvj. b Domus mea dom⁹ orōnis vocabit: vos āt feciſtis illā ſpelūcā latronū) q: nō curabāt ꝺ cultu dei: ſꝫ magis de excoriatiōe ppl̄i ⁊ aſtutias ſuas exq̄ſitas vt viſū ē. Spelūca āt latronū dicit eē loc⁹ vbi ſpolia q̄ rapiūt cōgregant: ⁊ hoc fecerūt ſacerdotes de tēplo vt viſum eſt. c Et acceſſerūt) Hic ponit ꝓm factū oſtēſiuuꝫ ſue diuinitatis in curatione infirmitatū icurabilium: qḋ nō pōt fieri niſi virtute diuina: ⁊ hoc eſt quod dicit c Et acceſſerūt ad eū: ceci ⁊ claudi) A ꝓuatiōe eni i habitū nō fit regreſſus ꝑ naturā. d Et ſanauit eos) v̓tute ꝓpria qḋ nō poterat facere virt⁹ creata. e Videtes āt p̄ncipes) Hic ꝯſequēter ponit ꝯtra xp̄m iudeorū indignatio: ⁊ diuidit in duas ptes q: p̄mo ex indignatione ipugnāt eius famam: ⁊ ſcḋo ei⁹ doctrinā ibi. ⁊ cū veniſſet in tēplū. Prima i duas: q: p̄mo ponit iudeoꝝ ipugnatio. Scḋo ponit xp̄i rn̄ſio: ibi. ih̄s aūt dixit eis. ¶ Circa p̄mū ſciendū ꝙ p̄ncipes ſacerdotū ꝯceperūt rācorē ⁊ odiū ꝯtra xp̄m ꝓpt̄ h ꝙ manifeſte rephēdebat auaritiā: et alia coꝝ vitia: ⁊ vidētes miracl'a q̄ fecit infirmos ſanādo. f Et pueros clamātes in tēplo ⁊c) ip̄m. ſ. eē xp̄ꝫ verū g Jndignati ſūt) verūtn̄ q: nō audebant miracula manifeſte ipugnare: iō arguūt eū ꝺ applauſu ppl̄i quē ſuſtinebat circa ſe h Et dixerūt ei: audis qd̄ iſti dicūt) q. d. Si tu eſſes iuſtus ⁊ bonus: tu non ſuſtineres talē applauſum ppl̄i. i Jeſus aūt dixit eis). Hic ponit xp̄i rn̄ſio: vbi xp̄s ondit eos iuſte reꝓbandos a deo. ꝙ p̄mo facto: ſcḋo cui dēti ſigno ibi. Mane aūt reuertēs. Jn p̄ma ergo parte dr̄ ſic. i Jeſu aūt

aũt dixit eis) quasi di. bene scio q̇d isti dicũt me xp̃m confitendo: ⁊ ꝙ hoc de/beam sustinere patet : q: hoc est ex di/uina p̓ordinatione: ſm ꝙ scribit̃ i psal ꝓpter q̇d subdit. a Nunq̃ȝ legistis: q: ex ore in/fantium ⁊ lactentiuȝ per fecisti lau//dem) q. dic̃. Uos q estis legisperiti deberetis scire hãc scriptu/ram: ⁊ per ꝯsequẽs me nõ rep̃hẽdere. b Et relictis illis) tanq̃ȝ excecatis per inuidiam. c Abijt foras extra ciui/tatẽ) ⁊ in hoc ꝙ dimisit eos corporali/ter oñdit facto eos esse dimittendos a deo sp̃ũaliter ꝓpter eoꝝ excecationẽ

Utiq̃ȝ Nũq̃ȝ legistis quia ex ore infantium et lactentium perfecisti laudeȝ[a]. Et relictis illis [b]abijt foras extra ciuitatem [c] in bethaniam ibiq̃ȝ docebat eos de regno dei.

Expositio moralis ipsius euãgelij

ET cũ intrasset hierosolymã cõmota est vniuersa ciuitas dicens : qs est hic) per hoc significatũ fuit ꝙ itrãte iesu celestem hierl̃m angeli dicturi erãt: quis est iste rex glorie(Et in intrauit iesus in templũ dei) Crisosto. Hoc erat ꝓpriũ boni filij intrare domũ patris. Et tu immitator xp̃i factus cũ aliquã ciuitatẽ fueris ingressus: p̓mũ ad ecclesiã curras(Eijciebat oẽs vendentes in tẽplo) Nam mercatores eijci debent de ecclesia(⁊ mẽsas numulorioꝝ) Crisosto. Significãs ꝙ in tẽplo dei nõ debent esse numi nisi sp̃ũales habẽtes imaginẽ dei(Et cathedras vendentiũ colũbas euertit) .i. dignitates ecclesie obtẽtas simoniace(Domus mea dom⁹ orõnis vocabit̃) sed nũc dom⁹ dissolu/tionis põt vocari: ⁊ domus cupidita//tis: ideo subdit̃(Uos aũt fecistis illaȝ speluncã latronũ) Magni latrones in spelũcis suis existẽtes: qñ sciunt aliq̊s parũ habẽtes trãsire: non exeũt de spe luncis: sed mittũt famulos suos ad il/los spoliandũ. Sed qñ sciũt hoies trãsire multũ pecuniosos currũt illuc de p̓mis. Sic multi canonici qñ sciũt magnũ lucrũ temporale currunt ad ecclesiam: sed quãdo modicũ est lucrum remanent in domibus suis ⁊ recreationibus: ⁊ ad ecclesiam clericos suos mittunt (Et accesserũt ad eum ceci ⁊ claudi ⁊c̃) Moraliter: Ceci sunt ignorãtes Claudi vero rectitudineȝ iusticie di//mittẽtes: et isti curantur aliqñ ꝑ pau/peres p̓dicatores xp̃i sectatores ꝑ coꝝ bona cõsilia et hortamẽta : de q̃ tñ aliqñ mali sacerdotes indignant̃ contra quos subdit̃ (Nũq̃ȝ legistis ⁊c̃) q̃si dicat. Si sacre scripture noticiã habere/tis: non indignaremini: sed gaudere/tis: ⁊ ita fit cõmuniter : q̇d qñ litterati non indignant̃ sed gaudẽt q: per hoc imposito sibi onere subleuant̃ (⁊ relictis illis abijt ⁊c̃) Crisosto. vt ibi manerent corꝑaliter: vbi habitabãt sp̃ũalit̃.

Questio fratris Antonij betontini Matth. xxj. cap. Intrauit iesus in tẽplũ dei ⁊ eijciebat oẽs vendẽtes ⁊ emẽtes in tẽplo Sup q̄bus v̇bis queritur. ¶ Utrũ aliquãdo licita sit ipsa mercatio? Ad cuius euidentiã aduertenduȝ est ſm Alexan. d ales ꝙ tria sunt genera operuȝ humanorũ. Quedã eni sunt que minime possunt esse mala sicut diligere deũ ⁊ ꝓximuȝ. Quedã sunt que aliquomõ nõ possunt esse bona: cuiusmodi sunt blasphemare deum : odire proximũ vsura fornicatio ⁊ siãa. Quedam alia reperire contingit: que bona esse possunt ⁊ mala:. Sicut est elemosynã dare. Jeiunare: ecclesias visitare: et alia his similia. Inter que mercatio numerari debet: que de se mala nõ est: sed aliquibus circũstantijs deprauari põt. Uñ Augustinus ait in lib. de questionibus noui ⁊ veteris testamẽti. Fornicari hoib⁹ semp nõ licet : negociari aũt aliqñ licȝ aliqñ nõ licȝ: ꝙ aũt de se licita sit: doctor subtilis magr̃ Johã/

nes scotus .q.ij.sup distin .xv.iiij. lib.
sententiarũ:oñdit ex manifestis neces/
sitatibus:⁊ comodis hominũ cõmuni
tati ꝓueniẽtibus ex officio et exercitio
ipso mercãdi. Cõstat eni vni patrie:vt
vrbi multa deficere que in altera supa
bũdat:qui aũt in colẽdis agris ⁊ in ce/
teris artibus mechanicis occupant:
vel reipublice regimini: aut iuste mili
tie operã pstant:ad res qbus eguerint
emẽdas ⁊ deferẽdas: comode ⁊ opor/
tune ire non possunt:nec insup ad hoc
oẽs industriã ⁊ peritiã habẽt:qua ex re
reipublice satis expetit:ꝙ huic officio
aliqui idonei mancipent : qbus vtiqȝ
merito pro emolumẽto aliqd lucri de
bet. Unde Apostolus pma ad Corin/
thios.ix.cap.dicit. Nemo militat su/
is stipendijs vnqȝ. Et quis repiri pos/
set. qui sine lucro huic operi inseruire
vellet. cum Matth.x.capi.dicat dñs.
Dignus est mercenarius mercede sua
Proinde ostendit negociationẽ esse li
citã Lege nature : scripture:⁊ gratie.
Primo nãqȝ ostendit lege nature : qꝛ
qȝ reipublice vtiliter ⁊ peculialiter vti
le est:quoquomõ fieri debet: imo non
parũ laudandi sunt : q ex hac intẽtiõe
huic operi inseruire conant:licet inde
lucrari videant:cũ industriã :solicitu/
dinẽ:labores:pericula:hac pro re mer
catores exponant:dummõ discreta sit
quãtitas lucri. Scdo ideȝ ostendit le/
ge scripture:qꝛ negociatio in nullo lo/
co reprobat:immo de se concedit Uñ
in vltimo cap.ij.lib. Neemie dicit. ꝙ
negociatores in die sabbati non vẽde/
rẽt. Ex q̃ colligi põt:ꝙ alijs diebꝰ mer/
catores emere ⁊ vẽdere poterãt. Et si i
die sabbati erat ꝓhibita:hoc ꝓpter fe
xxviij.ca.scribit. Difficile exuit negocians a negligentia.s.diuinoꝝ et nō iustificabit caupo a pctō labioꝝ. Tertia quidē dicit vltra sortē rerū vsuraria receptio: quia vt Ambrosius ait: ꝛ Gratianus xxiiij.q.iij.ca. plerisqꝫ etiā annotauit Qōcūqꝫ sorti accidit: que sors ſm legistas ē debita quātitas mutuate rei in materia occurrente: vsura est. Unde domin9 Hosti.clarius vsurā diffiniēs ait. Usura ē cuiuscūqꝫ solutōis rei mutuate acceptio ipi9 rei vsus grā pactione iterposita: vel hac intentiōe habita in ꝯtractu: vl' exactiōe habita ex pmo facto. Et lꝫ doctor inrrefragabil' Alex. de ales dicat in.iij.volūie summe. Qō hec vsuraria receptio reꝝ vltra sortē fieri possit dūtaxat in illis q̄ mutuāt ſb certo nūero sicē pecunia: Et ſb certo pōdere: sicē auꝝ ꝛ argentū ꝛ siīia. Et ſb certa mēsura: sicē granū vinū ꝛ oleū ꝛ huiusmōi alia. q: i his tm̄ ē determinat9 valor ab arte vel a natura. Ab arte vt in illis q̄ nūerāt. A natura vt in illis q̄ mēsurāt: ꝛ pōderant: ꝛ si vltra talē valoris ꝺterminationē vl' artis iueniunt ē pp idigētiā nr̄am: nō pp ipoꝝ variationē i valore. Tn̄ largi9 loq volētes in pn̄tiarū in oi re negociali eā locamus. Hinc Hierony.sup Ezech.li.vj. Qō dictū.xiiij.q.iij.c. Putāt.in ꝺcreto describit sic. Putāt qdā vsuras tm̄ eē in pecunia: q̄ pūidēs diuina scriptura ois rei aufert supabūdātiā: qcqd illō est si ab eo q dederit plus accepit vt plusqꝫ dedisti nō recipias. Pro his trib9 circūstātijs in pn̄ti dicere possum9 (Faciamus hic tria tabernacula.i.faciam9 in sine tractatus negociationis mētionē de tribus circūstātijs: licet non ꝓprijs ad rē hāc tn̄ satis ꝯuenientib9. Quarū vna detestet p xp̄m spōsaꝫ suā ecclesiā dilectā nō reliquentē. Altera p moysē legis officia diligentem. Ultima per helyā: non solū vsurā: sꝫ etiā cūcta tēporalia omnino spnētē

Thessalonicēses .iiij. capitulo.

Fratres rogam9 vos et obsecramus [a] i domino iesu vt quemadmodū [b] accepistis a nobis quomō vos oporteat ambulare [c] ꝛ placere deo [d] sic ꝛ ambuletis [e]: vt abundetis magis. Scitis enim [f] que pcepta dederim vobis [g] p dominum iesuꝫ. Hec est eni voluntas dei [h] scificatio vr̄a [k]: vt abstineatis [k] vos a fornicatiōe

Expositio lr̄alis.

Hic paulus apostol9 reddit thessalonicēses dociles eos de morib9 informādo: ꝛ de defectib9 corrigendo Licet eni cōitas eoꝝ eēt sancta: tn̄ ibi erāt aliqui de fratrib9 corrigēdi: ꝛ specialiter hac epl'a corrigit de duobus: q̄ patebūt ꝓseqndo. Circa pmū sciēdū q̄ gētiles reputabāt fornicationē simplicē esse licitā: ꝛ iō ꝓpt ꝯsuetudinē pstinā aliq de gētilitate ꝯuersi erāt adhuc fornicari: ꝓpter q̄ apl'us corrigit hoc viciū ad virtutē oppsitā inducēdo dicens. a Decetero ergo fratres rogamus vos et obsecramus) idest per sacram rem adiuramus: q̄ debet plus vos mouere: q̄ꝫ simplex deprecatio nostra b Ut quēadmodū accepistis a nobis verbo et exemplo.
c Quomodo oporteat vos ambulare) in via morum. d Et placere deo) caste et munde viuendo. e Sic ꝛ ambuletis ꝛc̄) in his semper proficiendo f Scitis enim).i.scire debetis
g Que pcepta dederi vobis p iesum xp̄m).i.de mādato ipius: cui simpliciter est obediendū. h Hec est enim voluntas dei) eius mandato expressis i Sanctificatio vestra) idest emūdatio a carnalib9 pctis. k Ut abstineatis vos a fornicatōe) tāqꝫ a rō ꝓhibita

ad eā eni sequit incertitudo prolis ex vago cōcubitu que est directe ꝯtra bonū humane nature. Pater eni dʒ filijs nutrimētū et documētū: aliter nō pñt bñ stare: nullus aūt sollicitus est de talibus circa prolem sibi incertam.

vt sciat vnusqsqʒ vr̄m suum vas[a] possidere[b] in sanctificatiōe ꝛ honore[c] Non in passione desiderij[d] sicut ꝛ gētes[e] que ignorant deum: ꝛ ne quis supgrediat[f]: neqʒ circumueniat[g] in negocio fratrem suum: quoniam vindex est dominus[h] de his oibus: sicut prediximus vobis[i]: ꝛ testificati sumus[k]. Non eni vocauit nos[l] deus in immūditiaʒ: sed in sanctificationē[m] in christo iesu domino nr̄o.

a Ut sciat vnusquisqʒ vas suuʒ) id est corpus ꝓpriuʒ ꝙ vas dicit eo ꝙ i ipo formato per naturaʒ aīa a deo infundit ꝑ creationem. b Posside re) ꝑmanenter. c In sanctificatiōe ꝛ honore) corpꝰ eni in fornicationē deditū dehonorat'. qa bestiale efficitur. psal.xlviij. homo cū in honore esset nō intellexit. ℭ Additio. Ubi dicitur in postilla (vt sciat vnusquisqʒ vas suum possidere) potest exponi aliter scilicʒ ꝙ non solū ab illicito quis abstineat. sed sciat vnusquisqʒ suū vas posside re.i.vxorem suam (In sanctificatiōe) scʒ vt non turpiter abutendo eam possideat. d Non in passiōe desiderij) idest nō sequēdo passionē cōcupiscentie venereoꝝ que est nimis vehemens. e Sicut ꝛ gētes) supple sequunt eaʒ credētes fornicationē simplicē esse licitam. f Et ne quis) Hic incipit ps secunda in qua corrigit cupiditatis vitiū inducens ad oppositū. Et pmo ponit hāc inductionē. scdo quandā excusationē. ibi. de charitate. Circa primū dicit (Et ne qs supgrediat) opprimendo proximū. ab eo extorqueat iniuste possessionē suā vl rē aliā. g Neqʒ circūueniat) ipm decipiēdo vel illaqueando debitis ꝑ vsuras. vel per mercatiōes malas et consimilia.

h Qm vindex est dñs de his oibus) grauiter puniēdo. i Sic pdiximus vobis) apud vos existentes. k Et testificati sumꝰ).i.p testimoniū scpturarū ostendimꝰ. l Nō .n. vocauit nos ꝛc̄).i. vt seruiamꝰ imūditie pcti cuiuscunqʒ. m Sʒ i sanctificatiōeʒ) idest vt viuamus sancte.

ℭ Questio fris Antonij betōtini sup eandē eplaʒ Pauli apli. Ne qs supgrediat: neqʒ circūueniat in negocio fratrem ꝛc̄.

Ex qbus vbis merito talis q̄stio oritur. ℭ Utrū liceat aliq̄ lege in emēdo ꝛ vendēdo decipe proximū? Ad ꝙ breuiter rñdetur ꝙ non. Nā vt in pma disti. decreti. a Gratiano notat: ab origie mūdi vsqʒ ad etatē nr̄aʒ trina lege humanū genus gubernatū est. nature scripture: et gratie: ideo quidem lege nature non licet: q̄ʒuis eni ante lapsuʒ primi parentis in statu scʒ innocentie omnia oibus communia erant: vt. xij. q.j. cap. dilectissimis: Clemens papa dicit Cōmunis inquit vsus oim q̄ sunt in hoc mūdo: omnibus hominibus esse debuit. Quia scd̄m sententiā doctoris subtilis super dis. xv. iiij. lib. sniarum. q.ij. Usus rerum scd̄m rectā rōnem sic hoibus cōpetere debʒ sicut ad pacificā cōsolationē ꝛ necessariā sustentationē cōgruere necesse est: in statu aūt innocentie cōis vsus sine diffinitiōe dñorum ad vtrūqʒ istorū amplius valuisset: q: nullus tunc occupasset: ꝙ alteri necessariū extitisset: tñ vt idē summus pōtifex i eodē ca. intulit: ꝑ iniqtatē.i. ꝑ sollicitudinem sm glo. que naturali

Dñica.ij.in.xl. euāgelium secundum Matthe.xvij.cap. S. Assumpsit iesus petrū: et iacobum ꝛ iohannē fra/

equitati cõtraria est: hoc ali⁹ dixit esse
suũ: alius istud: & sic inter imortales fa
cta est diuisio q̃ iure hũano .i. impatoꝝ
post lapsum pmoꝝ parentũ. ꝓpter tria
rõnabiliter facta. Ad excludendã scz
negligentiã
eo ꝙ agri vl
terre in soli/
tudinez ver/
terent: qa si
agri eẽnt cõ
munes: cõ//
mune etiam
eẽt colere et
semiare: sz patẽti experimẽto cernim⁹
ꝙ de cõibus nulli vel modici curãt: et
iõ necessaria hoium sustẽtatio cito de/
ficeret Ad excludẽdã isup inimicitiã:
q: esset efficax cã ꝙ pax nũq̃ inter ho/
mines haberet. Nã sepe cõtingeret ꝙ
eadẽ re: eodẽ equo: eadẽ domo: eodez
agro plures vellẽt insimul vti: & sic ma
gis cupid⁹ plura sup alios occuparet.
Sic de Nemroth Gene .x.c. legit vbi
dicitur Cepit Nemroth esse robustus
venator .i. hoium oppssor: et extinctor
fm glo. Ad excludendã etiã malitiã eo
ꝙ taliter via fraudib⁹ aperiret. Nã tũc
malitiosi puniri nõ possent: q: alienuz
nõ acciperẽt: sed illa qbus sibi viderẽ/
tur indigere protinus allegarẽt. Et ꝓ/
pter hec omia: scdo polyti. Aristo. So
cra. et Pla. redarguit de cõmuni vsu
omniũ rerum. Ex quibus liquet: ꝙ le/
ge nature nõ liceat emẽdo & vendẽdo
proximũ decipere. Secundo preterea
non licet lege scpture: hinc Leui. xix.
cap. dominus dixit Nõ decipiat vnus
quisq̃ proximũ suũ. Ultimo ne longi/
gior sfiam non licet lege gratie. Cum
Matthe. xxij. cap. dominus dicat Di/
liges proximũ tuũ sic teipm. & Paulus
ad Roma. xiij. ca. dicit. Qui diligit ꝓ/
ximũ legez impleuit. Quamobrem ex
sententia doctoris subtilis habetur: ꝙ
saltem tria requirunt ad hoc vt nõ sit
aliqua circũuentio in emptione & ven/
ditione. Primo vt non sit error in sub
stantia: vt videlz det auricalcũ ꝓ auro:
nec vinũ limphatũ pro puro. Secũdo
vt nõ sit error in qualitate vt scz nõ det
res corrupta pro sana. Tertio vt nõ sit
error i qñati
tate siue res
mensuretur
per pondus
siue per aliũ
modum.

trem eius. Require
supra in sabbato &c.

Feria scda post secũ
dam dñicam .xl. euan
gelium scdm Joannẽ
viij. capitulo.

In illo tẽ//
pore dixit
iesus tur/
bis iudeo
rum. Ego
vado [a] & queritis me [b]

Expositiõ
litteralis.

Hic euãgelista docz: ꝙ pctores ob/
stinati nõ audiẽtes xpm non psũt
sequi xpm. sed in tenebris manent. Et
diuidit in duas: q: pmo oñdit eos qb⁹
loqbat hẽre hui⁹ lucis defectũ. scdo sb/
dit hui⁹ defect⁹ remediũ: ibi. dicebant
ergo. Circa pmũ sciẽdũ. ꝙ recedẽte
sole visibili de nro hemisperio cãntur
ibi tenebre: ita similiter xpo q est sol iu
sticie ex hoc mũdo p mortẽ recedente.
iudei pro maiori parte sunt obtenebra
ti tenebris infidelitatis: & i eis obstina
ti: & hoc iusto iudicio dei qa viderãt si
gna in vita eius & in morte: propter ꝙ
gentiles legis & ꝓphetarũ noticiã nõ
habẽtes crediderũt xpo. similiter ptz
de illo cẽturione q visis signis de mor/
te xpi dixit. Uere filius dei erat iste. vt
habet Matthei. xxvij. ca. & iõ iudei q
nõ solũ p miracula visa: sed etiã p ora/
cula prophetarũ pdicta poterãt eũ co/
gnoscere verum christum: & persequẽ
tes eum merito sunt a deo dimissi: pro
pter eorũ ingratitudinẽ: et sic excecati
totaliter per obstinationem: et hoc est
quod dicit (Dixit ergo iterũ eis iesus)
a Ego vado) .s. ad patrem per mortẽ
scdm humanitatẽ. a quo tñ nõ recessi
scdm diuinitatẽ. b Et qritis) .s. pse/
quendo me in membris meis: qa post
mortem christi: iudei persecuti sunt
apostolos: et alios xpi fideles vsq̃ ad
mortem vt patz Act. viij. capitu.

a Et in peccato vro moriemini) .i. propter pctm vrm: qr propter psecutionez xpi et aplorum ciuitas hirlm destructa e: et templu cobustu: et populus occisus ab exercitu romano: vt fuerat a xpo p/dictu expres/sius Luce. xix. cap. Hierusale hierusalem q occidis prophe/tas etc.

b Quo ego vado vos no potestis ve//nire) scz ad gloria pris: vra infidelitate hoc impediete. c Dicebat ergo) Hic oñter iesus docz remedium. et diuidit i duas ptes: qr pmo huiusmoi remediu ppomit. scdo eius efficacia ondit. ibi. Dicebat ergo. Circa pmu sciendu q hoc remediu cosistit in ve/niedo ad xpm p fide q est va lux. io di/uidit i duas: qr pmo remediu huius fidei onditur. scdo ad credendu eos inducit. ibi. dicebat ergo iudei. Prima i duas: qr pmo ponit iudeorum interrogatio Scdo subdit xpi rnsio i q dat remediu pdictu. ibi. et dicebat. Circa pmu sciendu q audierat iudei xpm volutarie moriturum: vt habet p illud Ysai. liij. ca. Tradidit in morte aiam sua: q scriptura et totu caplm exponit de xpo ab antiqs doctoribus hebreorum: et io iudei derisorie qrebat de iesu que reputabat falsum xpm. d Nugd interficiet se/metipm: qa dixit: q ego vado vos non potestis veire) si eni seriose loqrent de impletioe huius pphie dicerent sic: Nu/gd ex simplici voluntate sepabit aia a corpe: qd ptz ex eo q sbdit: q ego vado vos no potestis venire. Ipi eni poterat seipos iterficere. sz no poterat aiaz sua p volutate sua tradere. Sic fuit pphetatu de xpo p Ysaiaz. et in iesu fuit ad/impletum.

et in peccato vestro moriemini[a]: et quo ego vado vos no potestis venire[b] Dicebat ergo iudei[c] Nuquid interficiet semetipsu[d]: quia dicit q ego vado vos no potestis venire? Et dicebat eis[e]. Vos de deorsum estis[f]: ego de supernis sum[g] Vos de hoc mudo estis[h]. ego no sum de hoc mudo[i] Dixi ergo vobis: qa moriemini in pctis vestris[k]. Si eni no credideritis[l] qr ego sum[m]: moriemini in pcto vro[n].

e Et dicebat) Hic ponit xpi rnsio: in q dat pdicti vbi intellectus dices. f Vos de deorsuz estis).i. de massa corrupta podere originalis pcti et io hetis debitu mortis: et necessitate moriedi propter q sepa/tio aie a cor/pe no sbiacz simplici vre voluntati. g Ego d sn pnis suz) qa sm deitatez hz eande na/tura cuz pre sm huanitate aia e a do imediate p creatioez: et corpus formatu spusscti vtute et ppt hoc he/bat plenu dniuz sup corpus suu sepando aiam ab ipo et reuniedo: sm q dicit. j. ca. x. Ptatem habeo ponedi aiaz meaz et ptatem habeo itez sumedi ea: io seqtur. h Vos de hoc mudo estis) cor/pore et affectu. i Ego no sum de hoc mudo) qr scdm q deus pcedit mundu vt ca effectu. nec e ps vniuersi: scdm aute huanitate: ppter virtute formatiua: eode mo e dicendu: qr illa vtus fuit vtus spusscti: qztuz aut ad aiam et corpus bn e ps vniuersi: et sic est de mudo qztum ad sbam: no aut q ad pcti deordinatioez: q deordiatio noie mudi i sacra scptura frequent designat: vtz Joa. j. c. Et hoc mo iudei erat de mudo ppter ifidelitatis pctm ppter hoc sbdit. k Dixi ergo vobis qr moriemini in pctis vris) supra dixerat. in pcto vro in singulari: qr pn/cipale pctm eorum erat psecutio xpi: sed ad hoc seqbant multa alia pcta ppter hoc replicauit hoc in plali in pctis vris Et cosequeter ondit remediu cotra ista ma/la dices. l Si eni no credideritis) fide formata charitate. m Quia ego sum) vobis in lege et prophetis promissus. n Moriemini in pcto vestro.

a Dicebāt ergo) Ostēso remedio euadēde mortis: ꝙ est ꝑ fidē xp̄i: Hic cōsequenter inducit eos ad credēdū sibi. Circa ꝙ p̄mittit iudeorū interrogatiō dicēs. b Tu q es) q. d. Unde nobis ꝙ tu sis talis ⁊ tāt⁹ ꝙ debeat credi tibi. c Dixit eis iesus) ꝓbando ꝙ debeat credi: per hoc q̄d ē oium creaturarū ꝑncipium ꝑmū et ꝑ ꝯñs veritas p̄ma infallibilis: et hoc est ꝙ subdit.

Dicebāt ergo ei[a]: Tu qs es[b]? Dixit eis ihs[c] Principiū q ⁊ loquor vobis.[d] Multa quidē habeo de vobis loqui et iudicare[e]. Sed qui misit me verax est[f]. Et ego que audiui ab eo[g] hec loq̄r in mūdo. Et nō cognouerūt[h] q: patrē eius dicebat deū.

d Principiū q ⁊ loquor vobis) et q: est p̄mū oim rerū p̄ncipiū: oia reducit i seipm: cū sit finis oim: iō ꝯñter oñdit ꝙ ad ipm ꝑtinet oium iudiciū: ꝑ ꝙ oia reducunt in ipm. et hoc est q̄d dicit. e Multa habeo de vobis loq et iudicare) nō dicit vobis: ad vtilitatē vestrā sed de vobis. s. ad malū vestrū: ꝙ erit in iudicio futuro. f Sed qui misit me: verax est) q: adimpleuit promissum de p̄ma missione filij: que non est ad cōdemnandū vel iudicandū mūdū. sed magis ad saluandū ꝑ doctrinā ideo sequitur. g Et ego que audiui ab eo hec loquor in mūdo) Dicit enim se audire a p̄re. q: inq̄ztū deus hz sciē tiā a patre eandē cū ipso: sicut ⁊ essentiā. sed inq̄ztū homo hz sciam infusā ab eo. h Et nō cognouerūt: q: p̄rē eius dicebat deū) Hoc addidit euāgelista: vt oñderet cecitatē eorū. Uerūtñ q: multi iudeorū in morte xp̄i crediderūt vidētes miracula q̄ acciderāt i morte eius vt habet Luce. xxiij. ca. Siliter ad p̄dicationē apostolorū multi iudeorum crediderūt post mortē xp̄i. vt habetur Actuū. ij. cap. iō subdit. Dixit ergo eis iesus. k Cum exaltaueritis filiū hominis). s. in cruce in q̄ fuit extensus in aere et ꝓpt ꝙ exaltatus est est a patre scdm ꝙ dicit ad Philipē. ij. cap. humiliauit semetipsum factus obediens vsq: ad mortē: mortem aūt crucis ꝓpter ꝙ deus exaltauit illum.

Dixit ergo eis iesus[i] Cū exaltaueritis filiū hominis[k] tunc cognoscetis[l] quia ego sum et a meipso facio nihil[m]: sed sicut docuit me pater: hec loquor[n] Et qui me misit mecū est et nō reliquit me solū[o] q a ego que placita sunt ei[p]: facio sp.

l Tūc cognoscetis: q a ego sum). s. vere xp̄s: vtitur autē tali mō loq̄ndi: vt reducat eis ad memoriā illud Exo. iij. cap. Ego sū qui sum. m Et a meipso facio nihil) quia scdm ꝙ deus hz totā virtutē operatiuā a p̄re licet eandē sicut dictū est de scia scdm ꝙ hō illa natura est organū diuinitatis cōiunctū. iō nihil poterat operari nisi scdm morē ⁊ regulationē ipsius dei. iō sequit. n Sed sicut docuit me pater hec loquor Et q misit me mecū est) q: scdm deitatē pater est in filio: et ecōuerso.: scdm humanitatē vō ipsa deitas est in hoie xp̄o spāli modo: per realem scz vnionē: per quē modū non est in aliquo alio. o Et non reliquit me solū) q: filius scdm ꝙ deus nō pōt separari a patre: scdm vō ꝙ homo pōt separi de potētia absoluta: sed de potētia ordinata: natura assumpta nūq̄z dimittet: q: ꝙ semel assumpsit nunq̄z deponet: vt dicit Damascen⁹. p Quia ego q̄ placita sūt ei facio sp) inq̄ztū enī deus idem vult ⁊ facit ꝙ pater: q: eorū est vna volūtas ⁊ operatio: inq̄ztum vero homo eius volūtas ⁊ operatio regulant absq: abliqua obligatione a regula diuine volūtatis: vt patz ex p̄dictis.

Expositio moralis.

Dixit ergo eis iesus: Cū exaltaueritis filiū hois). s. in cruce (Tūc co/

gnoscetis q: ego sum ⁊c̈.) post mortem aūt xp̄i ⁊ eius ascensioné vna die p̄di/cante Petro crediderūt simul ⁊ semel de iudeis quinq; milia. Et altera die tria milia: vt habetur Actuū.ij.et.iiij. cap. Sic etiá ē inter hoies ꝙ valor homis plus appa//ret ⁊ cōmendat, post ei⁹ morte q̄ȝ ante.

Feria tertia post secundam dominicam quadragesime secuncundum Mattheum xxiij.capitulo.

I N illo tp̄e Locut⁹ ē iesus ad turbas: ⁊ ad discipulos suos dicens. Super cathedram [a].

℄ Questio fratris Antonij Betontini. In pc̄tō vestro moriemini. Joannis.viij. capitu. ℄ In qbus v̄bis merito q̄rit. ℄ Utrū ōis malitia cōfundit aliquotiens rōne veritatis aut corrigit nunq̄ȝ: maxime coꝝ q ꝓposito malo: ⁊ non ignorantia peccāt? Hinc Joā. criso. Ecce eni iniq vsurarij: postq̄ȝ audierūt vsurá oi lege detestari: Nūquid cōpunxit eos timor pc̄ti? Nūqd cōpescuit eos vł liberalitatis cōsideratio. Sȝ qd aiunt dicentes Nihil nisi pc̄tm̄ lege ꝓhiberi dȝ. Sed qd vtilitaté primo cōfert: culpa nō eē videt. Cōstat eni ꝙ res q̄ mutuo datur aliquá cōmoditaté ⁊ vtilitaté cōfert illi cui p̄stat: ergo scd̄m equitaté pōt hu iusmōi cōmoditas extimari p̄cio: ⁊ merito cōpensari. Sed merito his iniquis rn̄deri pōt ꝙ res mutuata nō confert ei cui facta est mutuatio vtilitateȝ aliquā a rei cōsumptione differenté nisi esset ex industria a recipiētis mutuū q̄ mutuantis ꝓpria non videt esse: ⁊ iō non est vendibilis alio precio mutuanti rei. Ad cuius euidentiā sciendū est: ꝙ quedam res: quarū vsus est ipsaruȝ rerum cōsumptio: sicut vinū ad potuȝ eo vtendo consumimus. in qbus vsus rei a re ipsa seorsum cōputari non debet: sed cuicūq; vnuȝ ipsoruȝ concedit necesse est vt alterū cōcedatur: vnde in istis per mutuū transfert dominiū. Si quis igit seorsum vellet vendere vinū et seorsum vsuȝ eius bis idē vēdere di/noscitur et vēdendo ꝙ est cōtra iusticiam peccat. Quedā v̄o res sunt quaruȝ vsus nō est ipsaꝝ cōsumptio: sicut vsus domus et inhabitatio: et non dissipatio: in qbus seorsum pōt vtrunq; ꝯcedi. puta cuȝ quis concedit alteri v//sum domus retento sibi dominio vel ecōtra. Et ꝓpter hoc pro vsu dom⁹ licite potest recipi preciuȝ. Res igit que mutuo dant in qbus cōmitti pōt vsura sunt de nūero earū rerū quarū vsus est ipsaꝝ cōsumptio sicut sunt q̄ mutuantur sub certo numero: vt pecunia et sub pondere: vt aurum et argentū: ⁊ sub certa mēsura vt granū vinū ⁊ oleū: q: in his scd̄m doctoré irrefragabileȝ impositū est preciū a natura preter illa que numerant qbus ab arte precium impositū est: ⁊ ideo pro vsu taliū reruȝ illicitū est accipe preciū q: dr̄ vsura suf ficit enim accipe equiualēs illius rei q̄ mutuat: que omnia talia noie pecunie intelligi possunt. De qua Exo. xxij.ca. dicit. Si pecuniá mutuá. s. dederis populo meo pauperi q habitat tecū non vrgebis eū: quasi exactor nec vsuris opprimes: lȝ de omi re vltra sorté accipe peccatū est. iō Ambro. l. i de Dauid. Et esca vsura ē Et vestis vsura est: ⁊ qd̄cunq; sorti accidit vsura ē: ꝙ velis ei nomē imponas vsura est. Un̄ cōtrariū descē/dentibus dr̄ (in pc̄tō vestro moriemini

℄ Expositio litteralis.

[a] SUper cathedrā Moysi ⁊c̈) Hic oñditur iudeos esse iuste reprobatos q: fuerunt fictores bonitatis. Et diuiditur in duas partes: q: saluator p̄mo ponit in hac lectione huius fictionis motiuum. scd̄o hoc motiuū excludit a discipulis suis. ibi. Uos aūt. Motiuū autem fuit superbia pharisеoꝝ

et legis peritorū.⁊ hec supbia ondītur ex tribus: primo ex abusu sue ptātis. scdo ex simulatiōe sctitatis.ibi.Oia er go.tertio ex ambitione dignitatis ibi. Amāt aūt pmos recubitus.Circa pmū ꝯsiderandū ꝙ a tpe moysi fuerūt constituti a deo lxx.senes etate ⁊ scia ꝑuecti:q cum moyse habe rēt curā populi et dicebantur iudi ces ordiarij q₂ ad ipsos fiebat recursus in dubijs cāis:magne etiā cāe non tractabant sine eis:⁊ istud fuit obseruatū apud iudeos q̃zdiu fuerūt in ptāte:⁊ hͦ est qd dicit hͥ saluator(Sup cathedraʒ Moysi).i.in auctoritate iudicandi populū. a Sederūt scribe ⁊ pharisei) q₂ illi q videbant eē magis in pplo piti ad hͦ eligebant. b Oia ergo q̄ dixerint vobis facite) q₂ p̄latis etiā malis ē obediendū.nisi in his q̄ sunt manifeste cōtra deū:⁊ sunt hn̄di in reuerētia q̃z diu tollerant in officio suo:vtʒ ꝑ exemplū Dauid q venerabat Saulē regē. lʒ sciret eū esse malū ⁊ a deo reprobatuʒ. c Opera aūt eorū nolite facere)quia non sunt imitandi in malis:imo tantū in bonis. d Alligant eni onera grauia ⁊ importabilia ⁊c̄) q₂ supra legis p̄cepta cōstituerant multa ex suis traditionibus:sicut ptʒ ca.xv.q̄ erant subditis grauia ⁊ importabilia. e Digito autē suo nolunt ea mouere).i.modicū conatū ad agendū talia nolūt apponere.Ex hoc patʒ ꝙ ille q cōstituit legem aliquā:licet non sit subditus legi quantū ad hoc ꝙ puniat ꝑ hominē si cōtrariū faciat. tn̄ obligatus est ad legē implendā:⁊ grauius puniet a deo si contrariū fecerit:q₂ transgressio eius grauior est ꝓpter scandalū: ꝓpter ꝙ dicit

moysi sederūt scribe ⁊ pharisei[a].Omia ergo quecūq₃ dixerint vobis seruate et facite[b] scdm vero opa eorum nolite facere[c].Dicunt eni:⁊ nō faciunt.Alligant eni onera grauia et importabilia[d]:⁊ imponūt in humeros hominū:digito aūt[e] suo nolūt ea mouere.Oia eni opa sua faciūt[f]: vt videant ab homibus. Dilatāt.n.philateria sua[g] ⁊ magnificāt fim

sapiēs.Patere legē quā ip̄e tuleris:et extra de ꝯstitutiōib⁹.ca.cū oēs:dr̄.Qd quisq₃ iuris in altero statuit. ip̄e eodeʒ iure vti dʒ.ptʒ etiā ex p̄dictis ꝙ illi qui statum eccłie in gn̄ali seu in spāli onerāt grauib⁹ statutis sine magna ⁊ euidēti necessitate:abutuntur sua ptāte sic faciebant pharisei et scribe.vn̄ dicit Aug.ad inquisitiōes ianuarij loq̄ns d̄ religiōe xp̄iana.Ip̄aʒ religionē nr̄am quā dn̄s nr̄ ihs xp̄s in paucissimis sacroꝝ celebrationib⁹ voluit esse liberā:quidā seruilibus p̄mūt oneribus adeo vt tollerabilior sit cōditio iudeorum : qui nō humanis p̄sumptionibus sed diuinis subijciuntur institutis. f Omnia vero) Hic ostēditur superbia phariseorum ex simulatione sanctitatis: quia hoc faciebant vt essent i reuerētia ⁊ honore in populo ⁊ hͦ est ꝙ dicit(Oia vero opa sua faciunt:vt videant ab hoibus).i. ꝓpter gl'iam humanā:q₂ videri in bonis propter gloriā diuinā nō est malū:sed magis meritoriū.vt dcm̄ ē.v.ca. g Dilatant philateria sua) Philateria ſm qd dicit Hieronymus : erāt quedā charte in qbus scribebant dechalogus mandatorū:⁊ ponebat illa charta in capite ad modū corone.ꝑ hoc significabat ꝙ debebant legē in memoria habere ſm ꝙ dicitur Deutero.vj.ca . Dicebantur enim philateria a philare ꝙ est seruare:⁊ tora ꝙ est lex:quia erāt quedam signa seruande legis.Pharisei igitur vt viderent pre ceteris religiosi faciebant sibi philateria magis lata:⁊ scribebāt in eis dechalogū de grossiori littera:⁊ eadem ratione faciebāt fimbrias maiores in pallijs suis Que auteʒ essent iste

fimbrie dictū est supra.ix.cap. super illud verbū: tetigit fimbriam vestimenti eius: ꝙ etiam hic declaratur. Xp̄us eni portabat vestimentū suū ad modū iudeorū. Ad cuius euidentiā sciendū: ꝙ populus iudaicus de quo xp̄us erat nascitu/rus ſm carnez debebat pollere qua/dam sancti/tate speciali pre alijs po/pulis. et ab eis distingui et ideo data est eis circumcisio vt quoddā signum distinctiuum in carne: Similiter data est eis lex vt haberēt quendam specia/lem modū viuendi. Similiter p̄ceptū fuit eis i habitu distingui: vt patz Nu/meri.xv.ca. Loquere filijs israel: faci/ant sibi fimbrias p q̄ttuor angelos pal/liorum ponentes in eis vittas hiacinti/nas. Uitte eni hiacintine que erant ce/lestis coloris: designabant ꝙ debebant habere conuersationem eminentem p̄ ceteris: scd̄m ꝙ Paulus dicit ad Phi/lipen.iij.ca. Nostra aūt cōuersatio i ce/lis est: Unde sequit̄ ibidem Nūeri.xv. cap. vt recordentur mandatorū dei: et sint sancti dn̄o deo suo. Talem ergo ve/stem portabāt pharisei: in qua magni/ficabāt fimbrias: q̄ est in angulo pallij.

...brias. Amāt autē[a] primos recubitus in ce/nis: et primas cathe/dras in synagogis[b]: ⁊ salutatōes i foro[c] ⁊ vocari ab hoibus rabbi[d] Uos aūt nolite vocari rabbi. Un⁹ est eni magister vr̄[e] Oēs aūt vos fr̄es estis[f]. Et prez no/lite vocare vobis sup terrā[g] Unus est eni pr̄ vester: q i celis ē. Nec vocemini mgr̄i[h]: q2 magister vester vn⁹ ē xp̄s Qui maior est vestrū[i] erit minister vester[k]. Qui autē se exaltaue/rit[l] humiliabit̄[m]: Et q se humiliat exaltabit̄.

a Amāt aūt) Hic 9nter ostendit̄ sup/bia eorū ex ambitōne dignitatis cū di/cit̄ (Amant aūt primos recubitus i ce/nis) et hoc duplici de causa. s. rōne gu/le: q2 ibi ponunt̄ fercula meliora: et ra/tione superbie: quia ille est locus hono/rabilior. b Et primas cathedras in synagogis) vbi conueniebant homi/nes ad audiendum verbum dei. c Et salutationes in foro) idest in lo/co patenti.

d Et vocari ab hoibus rabbi) Deside/rare eni scientiā et actū docēdi non est malū: sed meritoriū: sed desiderare no/mē tantū hoc est malū ⁊ supbie p̄ctm̄. Si tn̄ desideret̄ nomē ⁊ auctoritas ma/gisterij ad hoc ꝙ sciētia iaz habita aliqs meli⁹ posset vti: nō ē ma/lum: sed est bonū: q2 bo/nus doctor debet ea q̄re/re que faci/unt ad effica/tiam sue do/ctrine: verū/tn̄ q2 hō nō est magister p̄ncipalis: sed solus deus: ideo dicit. e Un⁹ est eni magister vester) q2 solus deus pōt in/terius docere intellectū illuminando seu pōt speciē intelligibilē infundēdo hō aūt docet tantū exterius aliqua p/ponēdo ex qbus formant̄ fantasmata debita: a qbus intellectus agēs facili⁹ abstrahit speciē intelligibilē: sicut i sa/natiōe hois natura agit tm̄ p̄ncipali/ter. medicus autē aliq̄ administrat ex qbus natura iuuat̄. f Oēs aūt vos fratres estis) quia filij dei per creatio/nem ⁊ adoptionem gratie. g Et pa/trem nolite vocare ⁊c̄) licet eni aliquis possit vocari pater in terra ratione ge/nerationis: doctrine: siue etatis: tn̄ so/lus deus est pater principalis: q2 ab eo solū habemus aiaz intellectiuā q̄ ē for/ma hois: ergo pr̄ est ille q dat formā. h Nec vocemini magr̄i ⁊c̄) sicut iam supra expositū est. i Qui maior est vestrū) .i. vult eē ſm veritatē. k Erit mister vr̄) .i. paratus ad officia hūilita/tis: ſm decentiā sui status: p̄pter hoc papa vocat se seruū seruoꝝ dei l Qui autem se exaltat) in presenti p superbiam. m Humiltabitur) in fu/turo per gehenne penam.

¶ Expositio moralis.

Nunc locut⁹ est iesus ad turbas ⁊c. Omnia ergo quecunq; dixerint vobis seruare ⁊ facite: s̄m aūt opa eoꝝ nolite facere) Hoc generaliter intelligendū est de oi/bus bn̄ docētibus ⁊ male viuentibus. Nā eoꝝ doctrina d; acceptari: et vita repudiari (Alligant eni onera grauia ⁊c) Hieronym⁹. Hoc gn̄aliter dr̄ aduersus oēs magistros q grādia iubēt: ⁊ miora nō faciūt. Crisosto. Tales aūt sunt q graue pōdus venientibus ad penitentiā imponūt: ⁊ sic du; presens pena fugit: cōtemnitur futura. Si eni fascē sup humeros adolescētis quā nō pōt portare posueris: necesse habet vt aut fascē reijciat: aut vt sub onere cōfringat. Sic et homi cui graue pōdus penitentie imponis necesse est vt aut pniam reijciat: aut suscipiēs dum ferre nō pōt scādalizatus ampli⁹ peccet. Deinde si erramus modicā penitentiā imponēdo: nōne melius est ꝓpter misericordiā reddere rōnem q̄ ꝓpter crudelitatē Ubi pr̄familias larg⁹ est dispēsato: nō d; esse tenax (Oia vo opa sua faciūt vt videant ab hoib⁹ ⁊c) Crisosto. Jn oi re nascit q eā extermi/nat sicut in ligno vermis: ⁊ in vestimento tinea. Unde sacerdotū ministeriū q positi sunt ad edificationē sanctitatis corrūpere dyabolus nitit et hoc ipm bonū: du; propter homies fiat malū (Amāt pmos recubitus in cenis ⁊c) Ista recipe cum exhibēt ordinate non est malum sed ipsa cōcupiscere (Et patrem nolite vobis vocare super terrā) non excludit exhibitione; honoris debiti: sed indebiti sc; vt propter adulatione vel aliqd huiusmodi nō fiat.

¶ Questio frīs Antonij Betōtini: s̄m vo opa eoꝝ nolite facere. Mat. xxiij. ca. Super quibus verbis queri pōt.

Feria .iiij. post secūdā dominicā quadragesime euangelium scd̄m Matheum .xx. cap.

Utrū simonia sit heresis? Ad qd̄ breuiter respondet s̄m sententiam sancti Thome super distin. xxv. iiij. lib. sententiaru; ⁊ etiā 2a 2e. q. centessima Atq; s̄m doctorē nr̄m Alexādrū ⁊ durandū parte. iiij. ij. lib. distin. xij q licz ꝓprie ⁊ p se loquēdo simonia heresis non iudicet cū aliquā falsam opinione; in fide nō habeat: tn̄ oēs simoniaci ꝓpter similitudinē actus: heretici nūcupant q: ita operant ac si extimarēt donū spiritus sancti pecunia possideri: que extimatio est heretica. Un̄ Grego. in registro dicit. Cū ois auaritia sit idoloꝝ cultus quisqs hāc ecclesiasticis dignitatibus dandis non precauet vulgariter infidelitatis perditioni subiacebit: etiā si tenere fidē quā negligit videat Et. j. q. j. cap. Eos: sic habet. Tollerabilior est macedonij ⁊ eoꝝ q circa ipm sunt spiritus sancti impugnatoꝝ impia heresis q̄ simonia. Jlli enim heretici creaturā ⁊ seruū patris ⁊ filij: spiritum sanctū fatent delirando. S; isti simoniaci eūdē spiritū sanctū efficiūt seruū. Et in eodē loco decretoꝝ. q. vltima cap. patet. sic scribit. Patet simoniacos velut pmos et pcipuos hereticos ab oibus fidelibus esse respuēdos Et infra. Oia eni crimina ad cōpatione simoniace heresis: quasi pro nihilo reputant. Un̄ dn̄s noster phariseos q sup cathedrā moysi sedebant simoniacos esse considerans ait oibus xp̄ianis (scd̄m opera eoꝝ nolite facere.

In illo tpe Ascendēs ihesus hierosolymā:

Expositio litteralis

Ascendēs iesus ⁊c) Hic saluator ostendit: q in platis debet esse vigor ad tollerandu; martyriū si necesse sit pro cōmisso sibi grege. Et hoc doc; p exemplū sui: qui voluntarie venit in hierusalem ad sustinendum mortem pro salute mundi. Unde beatus Gre/

gorius expones illud Joannis.x.cap. Ego sum pastor bonus ⁊ animā meam pono pro ouib⁹ meis: dicit de se ⁊ alijs prelatis. In hoc ostensa est nobis via quā sequamur: ⁊ hoc est quod dicit. primo ponitur huius documenti occasio. Scd̄o subiungit humilitatis instructio ibi. iesus aūt vocauit. Circa primū aduertenduꝫ ꝙ iudei existimabant xp̄m per ꝓphetas ꝓmissum regnaturū temporaliter in hierl'm quia scripturas d̄ regno christi carnalit͛ intelligebant: et id̄ regnuꝫ ablatum eis p̄ romanos credebant sibi restituendū p̄ xp̄m.

a Ascendens Jesus hierosolymā) que respectu toti⁹ terre ꝓmissionis est in alto sita: ⁊ propter hoc venientes illuc ab alijs partibus ibant ascēdēdo.

assumsit duodecim discipulos suos secreto[b] ⁊ ait illis. Ecce ascēdim⁹ hierosolymā ⁊ filius hominis tradet͛ principibus sacerdotuꝫ et scribis[c]: ⁊ condemnabūt eū morte[d]: ⁊ tradēt eū gētibus[e] ad illudēdū ⁊ flagellandū ⁊ crucifigēdū[f]: et tertia die resurget[g]. Tunc[h] accessit[i] ad eū mater filioꝝ zebedei cū filijs suis[k]: adorans et petens aliquid ab eo[l]. Qui dixit ei[m]. Quid vis? Ait illi[n]. Dic vt sedeant

b Assumpsit duodecim discipulos suos secreto) ⁊ hoc duplici de causa. Una est quia secretū mysteriū sue passionis futurū volebat aplis cōiter pre alijs reuelare: ne vidētes euꝫ postea mori ignominiose scādalizarent͛. Scd̄a est q: secreta mysteria sūt tm̄ maioribus reuelāda ⁊ detegenda: cuiusmodi erant apostoli. sequit͛. c Fili⁹ hois tradet͛ pncipibus sacerdotum ⁊ scribis). i. legisperitis: q: eis per iudā fuit traditus ⁊ venditus. d Et condemnabūt eū morte) q: ipsi iudicauerunt eū esse reū mortis. licet nō haberēt potestatē interficiēdi: q: iudicium sanguinis erat eis ablatū a romanis q dn̄abant͛ eis: ideo sequit͛. e Et tradent eū gētibus) videlicet Pilato preſidi ⁊ suis militibus ad perficiendū illud qd̄ nō poterāt: videlicet xp̄i mortē Et hoc est quod subditur. f Ad illudendū ⁊ flagellandū ⁊ crucifigenduꝫ) Ista eni tria inflicta sunt xp̄o per ordinem vt videbit͛ infra g Et tertia die resurget). Hoc aūt subdit xp̄s: ne apl'i eius morte audita: pre tristicia absorberent͛. h Tūc accessit) Hic ostēdit tertio ꝙ i platis debet esse tenor hūilitatis: quia non debent appetere preesse. Et diuiditur in duas partes: quia

Actuū. j. Dn̄e si in tp̄e hoc restitues regnuꝫ israel. Et hoc modo Jacobus et Joannes filij zebedei ⁊ mater eoꝝ audiētes xp̄m post mortē tertia die resurrecturuꝫ: crediderūt ip̄m immediate post resurrectionē regnaturū in hierusalē temporaliter. Et id̄ cupiētes ei esse collaterales pre ceteris: q: erant ei⁹ cognati germani informauerūt matrem suā de petitiōe sequēti: ⁊ hoc est qd̄ dicitur hic. h Tunc) audita resurrectione christi futura. i Accessit ad eum) idest ad xp̄m. k Mater filiorum zebedei cum filijs suis) cōscijs de petitione matris. l Adorās ⁊ petēs aliquid ab eo) non petijt primo in speciali ⁊ determinate: sed tantum in generali: vt concessione facta in generali primo: minus posset postea denegari sibi in speciali m Qui dixit ei: quid vis) Non petijt vt inscius: sed vt petitio sua postea efficatius ostendatur irrationabilis.

n Ait illi: dic vt sedeant hi duo filij mei ⁊c) idest sint tibi collaterales ⁊ maiores post te in regno tuo: quod quidem regnum credebant temporale ⁊ vt dictum est. Nec est mirum si talia apostoli credebant et appetebāt quia

adhuc carnales erant: ⁊ nondum illuminati ꝑfecte: nec ꝯfirmati per grãm spiritus sancti. a Respõdẽs aut ie/sus dixit. Nescitis ꝗd petatis). Respõdit filijs ⁊ matri: q: sciebat ipã3 missa3 a filijs: et informata3 de petitione faciẽda ꝓ eis. b Potestis bibere calicẽ quẽ ego biturus sũ) idest sustinere mortẽ ignominiosa3 ⁊ crudelem: quã ego passurus sum: ⁊ ꝑ qua3 debeo venire ad regnũ: nõ tpale vt creditis sed eternu3. c Dicunt ei possumus) loquunt sicut inexperti ꝓprie fragilitatis: qð patuit per effectũ: q: in passiõe xpi fugerunt pre timore mortis.
d Ait illis. Calicẽ ꝗde3 meũ bibetis) q: Jacobus ꝓpter xpm ab herode est occisus: vt habet Act. xij. cap. Et Joãnes in doliũ feruentis olei ꝓpter xpm missus est. ⁊ sic patet qð habuit promptã voluntatẽ moriẽdi ꝓpter xpm: fuit etiã missus in exiliũ ꝓpter ipm. Exiliũ autẽ est quedã mors ciuilis.
e Sedere aũt ad dext rã meã: vel ad sinistrã nõ est meũ dare vobis) in illo supple statu in quo estis. i. nondũ humilibus adhuc ⁊ carnalibus f Sed quibus paratũ est a patre meo). i. vere humilibus ⁊ spiritualia sapientibus.
g Et audientes decẽ). s. apostoli.
h Indignati sunt de duobus fratribus) aliquid humanum passi: quia adhuc erãt carnales sicut ⁊ illi: ⁊ ideo in/

bi duo filij mei: vnus ad dexterã tuã ⁊ vnus ad sinistram tuã in regno tuo. Rñdens aũt ihs dixit. Nescitis ꝗd petatis[a]. Potestis bibere calicem que3 ego bibiturus sum[b]? Dicunt ei. Possumus[c]. Ait illis[d]. Calicẽ quidem meum bibetis sedere autem ad dexteram meã ⁊ ad sinistrã[e] non est meu3 dare vobis. sed ꝗbus paratu3 est a patre meo[f] Et audientes decem[g] indignati sunt de duobus fratribus[h]. Jesus aũt vocauit eos ad se[i]: et ait[k] Scitis q: ꝑncipes gentiũ dñant eoꝝ: ⁊ ꝗ maiores sũt potestatẽ exercẽt inter eos: non ita erit inter vos. S3 ꝗ cũq3 voluerit iter vos maior fieri sit vr̃[l] minister. Et ꝗ voluerit iter vos esse ꝑmus: erit vester seruus. Sicut filius hominis non venit ministrari s3 ministrare: ⁊ dare aiã3 suã in redemptionẽ ꝓ multis.

dignati sunt ꝙ excellentiam super alios habere voluerunt. i Jesus aũt) Hic consequenter instruit discipulos suos de humilitate ex prehabita occasione: vt ambitionem Jacobi ⁊ Johãnis reprimeret: ⁊ idignationem aliorum sedaret k Et ait Scitis quia ꝑncipes gentium) quasi dicat. maioritas i regno meo non eodem modo acquiritur: sicut i regno terreno: q: i regno terreno acquirit per ambitionem ⁊ potestatem. Sed i regno meo contrario modo acquiritur. videlicet per humilitatem: propter quod dicit.
l Quicunq3 voluerit inter vos maior fieri: sit vester minister) idest se exerceat in obsequijs humilitatis. Et quia in moralibus magis mouẽt facta q̃3 verba: ideo inducit suipsius exẽplũ dicens (Sicut filius hominis non venit ministrari: sed ministrare ⁊c̃.

Expositio moralis.

ET ascendẽs iesus hierosolyma3). Hieronymus. Dominus crebro de passione sua discipulis ante predixit: ne cum veniret ꝑsecutio ⁊ crucis ignominia scandalizarentur. (Et tertia die resurget (Crisosto. Quod quide3 huius gratia dicit: vt cum viderẽt tristia resurrectione3 expectarent (Tunc accessit ad eũ mater filiorum zebedei) per istos qui per matrem petierũt a christo pre ceteris discipulis honorari: eo ꝙ erant

eius consanguinei: significantur ambi
tiosi: qui habentes prelatum consan/
guineum volunt per hoc in ecclesia p̄
ceteris promoueri: quibus bene respō
detur (nescitis quid petatis) nam ho/
nores ecclesie non sunt dispēsandi ex
propinquitate sanguinis. sed ex ido/
neitate personarum ratione scientie ⁊
virtutis: ideo subditur (Potestis bibe
re calicem ⁊c̄) idest sustinere martyri/
um propter deum (⁊ audientes decez
decem indignati sunt de duobus fra/
tribus) Crisosto. Sicut duo carnaliter
petierunt: ita ⁊ decez carnaliter contri
stati sunt: nā velle super omnes esse vi/
tuperabile est. non sustinere alteruz su
per se nimis est gloriosum (nō ita erit
inter vos ⁊c̄) Crisosto. Principes mū/
di sunt vt dominenť minoribus: ⁊ eos
subiiciāt seruituti: principes autez ec/
clesie fiunt vt seruiant minoribus suis
⁊ ministrent eis quecunqz a christo re/
ceperūt: ⁊ suas vtilitates negligant et
illoꝝ ꝓcurent: ⁊ mori nō recusent, pro
salute inferiorum

¶ Questio fratris Antonij betontini
Filius hois tradeť ⁊c̄. Matth. xx. cap
Ex qbus verbis queriť. ¶ Utrū auari
ritia sit maximū peccatoruz? Et breui
ter rn̄dēdo. Ratione: auctotate. ⁊ exē/
plo pars dubitationis affirmatiua te/
netur. Primo eni auaritiā esse omniū
peccatorum maximū sanctus Tho. sa
se. q. cxviij. sic ratione demōstrat Om
ne peccatū ex hocipo qd̄ malum est: in
quadaz corruptione: seu priuatione
alicuius boni consistit: sed inquantuz
volūtarium est aliquod apparēs bonū
⁊ inordinatione appetitus eligiť. Du/
pliciter ergo ordo peccatorum potest
considerari. vno modo ex parte boni
quod per peccatum contemnitur vel
corrumpitur: quod quanto maius est:
tanto grauius offenditur: quia graue
peccatū est contra res exteriores aua/
ritia. grauius contra hominez cordis
malicia: grauissimū contra deum sup/
bia. Alio modo ex parte boni qd̄ p pec
catum eligitur: cui appetitus huma/
nus inordinate subditur: quod quan/
do minus est: tanto peccatum grauius
atqz deformius extimatur. Et quia in/
ter omnia bona commutabilia mino/
ra sunt ista temporalia circa que ma/
gis precipue cōsistit auaritia: ideo hu
ius respectu omnibus peccatis graui
or est auaritia. Qd̄ scd̄o grauior sit hoc
peccatuz auctoritate probatur. Eccle
siastici enim. x. capitu. scribitur. Aua/
ro nihil est scelestius. ⁊ infra. Nihil est
iniquius q̄ȝ amare pecuniam. Hic eni
⁊ animam suam venalem habet: quo/
niam in vita sua ꝓiecit intima sua. Et
Hieronymus ad Heliodoruz ait. Apo
stoli disce sententiam qui ait: Hoc eni
scitote intelligentes: quia omnis for/
nicator: aut immundus: aut fraudator
aut maledicus: aut auarus ꝙ est ido/
lorum seruitus non habet hereditatē
in regno christi ⁊ dei. Et quāq̄ȝ genera
liter aduersus deum sapiat quicqd di/
aboli est: ⁊ ꝙ diaboli ē idolatria sit cui
idola omnia mancipantur: tamen in
alio loco specialiter nominatimqȝ de/
terminat dicens. Mortificate mēbra
vestra que sunt super terrā: deponētes
fornicationē: immūdiciā: concupiscen
tiam malā: ⁊ cupiditatem: ⁊ auaritiaȝ
que sunt idoloruȝ seruitus ꝓpter que
venit ira dei in filios diffidentie. Quis
igitur negabit auaritiam omniuȝ pec/
catorum esse grauissimam: que idola/
tria proprie iudicatur. Ad hoc etiam
euangelice lectionis hodierne indu/
cit exemplum: quod eam auaritiam
ostendit omniuȝ peccatorum esse gra/
uissimam: quando per eam filius ho/
minis a iuda traditur principibus sa/
cerdotum ⁊ scribis: sicut dicitur Mat
thei. xx. capitulo. Filius hominis tra/
detur principibus sacerdotum

Expositio litteralis.

Homo nio quidā erat diues). Hic
inducit euāgelista exemplum ad

prouocandū hoies ad opa misericor/
die ex diuite dānato ꝓpter defectū pi/
etatis et misericordie. Et nō dicitur hic
ꝙ sit parabola:q₂ ſm doctores est nar
ratio rei geste. Dicit ergo. a Homo
quidā) ſm
ꝙ dicit Gre/
go. nō expri
mit nomen
eius: q₂ non
erat a dō co/
gnitus p ap
probationē
ſm ꝙ dić sal
uator repro/
batis. Mat.
xxv. cap. Nū
q̄ noui vos.
Discedite a
me ꝛc̄.
b Erat di/
ues) ecce su/
pfluitas in
censu.
c Qui indu
ebatur pur/
pura) ecce excessus in vestitu. d Et
epulabat quottidie splendide) exce/
dens invictu. e Et erat quidā men/
dicus noie lazarus) exprimitur aūt ei⁹
nomē q₂ erat deo cognit⁹: per appro/
bationē: sicut ꝛ moysi dixit Exo. xxxiij
cap. Noui te ex noie: ꝛ ex hoc dić Am/
brosius hic ꝙ est magis narratio q̄ pa
rabola. f Qui iacebat ad ianuā eius
vlceribus plenus) vt ex vicinitate ma/
gis appareret duritia diuitis: ꝛ proba
retur patiētia pauperis. g Cupiēs
saturari de micis) non dicit de pciosis
h Que cadebant de mēsa diuitis) in
quo appet maxia duritia: eo ꝙ perire
permittebat: vn̄ paup poterat suble/
uari i Et nemo illi dabat) q₂ tali do
mino talis familia etiā cōformabatur
in mētis duritia. k Sed ꝛ canes ve/
niebāt: ꝛ lingebāt vlcera eius) ecce bru
talis pietas: in lingendo vlcera paupe
ris arguit duritiam diuitis: quia curi/

Feria qnta post scdaz
dn̄icaz quadragesime
euangelium secundū
Lucam. xvj. cap.

In illo té/
pore: Di/
xit iesus di
scipulis su/
is parabo/
lam hanc. Homo qui
dam[a] erat diues[b]: ꝛ in
duebat purpura ꝛ bys
so[c]: et epulabat quot/
tidie splēdide[d] Et erat
quidam mēdicus no/
mine Lazar⁹[e] qui ia/
cebat ad ianuaz eius[f]
vlcerib⁹ plenus: cupi/
ens saturari de micis[g]
que cadebāt de men/
sa diuitis[h] ꝛ nemo illi
dabat[i]. Sed et canes
veniebant ꝛ lingebāt
vlcera eius[k]. Factum
est autem vt morere/
tur mendicus[l] et por/
taretur ab angelis[m]
in sinuz Abrae. Mor/
tuus est autem et di/
ues[n] et sepultus est in
inferno[o]. Eleuans au/
tem oculos suos cum
esset in tormentis[p] vi/
dit Abraam a longe[q]:

aliores erāt canes pauperi q̄ cor̄ dn̄s
l Factū est autē vt moreret mēdicus)
in patientia que op⁹ perfectū habere
ꝓbatur. m Et portaret ab angelis
ꝛc̄) .i. ad limbū sanctor̄ patrū vbi de/
scēdebāt iu/
sti morientes
anteq̄ impe
dimentū ge
nerale glie p
passionē xpi
cēt ammotū
n Mortuus
est autē ꝛ di/
ues) q₂ diui
tie non pos/
sunt a mor/
te saluare
o Et sepul/
tus est in in/
ferno) .s. dā
nator̄: quia
erat diabo/
li parrochi
anus ei pnīi
tias reddēs:
bona tpalia in illicitis consumendo: et
horas eius audiēdo: cātilenis dissolu
tis ꝛ malis verbis intēdendo.
p Eleuans aūt oculos suos cū esset
in tormētis) q₂ eius oculi aperti erant
per penā: q ante fuerant clausi p culpā
q Uidit abraam a longe) q₂ multum
etiā aū aptionē ianue celestis distabat
status electorum a statu reprobatoruz
intantū ꝙ impossibilis erat trāsitus ab
vno in aliū: vt dicit infra. Ex hoc autē
loco dicit bea. Grego. sup Lucaz. ꝛ po/
nitur. iiij. sententiarū in fine: ꝙ infide
les in imo. i. in inferno positi: ante diē
iudicij fideles super se in requie attē/
dūt: quorū gaudia post contēplari nō
possunt. Qualiter aūt intelligēdum sit
dictum beati Gregorij: maiorū discre/
tioni ꝛ iudicio dimitto. Sed qō dāna/
ti vsq̄ in diē iudicij videāt gliaz btōrū
vt vident eius verba sonare. nō habet
ex hoc loco sufficiēs argumentū: q₂ sal

uator narrauit hic rem gestam vt pre/
dictum est et per consequens factam
ante christi passionez Ex quo sequitur
q Abraā et Lazarus nondū erāt in glia
celesti: sed in limbo sctōrum patrum.

et lazarū in sinu eius.
Et ipse clamās dixit.
Pater Abraā misere/
re mei [a] et mitte Laza/
rum [b] vt intingat extre
mū digiti sui in aquā
vt refrigeret linguam
meā [c]: qr crucior i hac
flamma. Et dixit illi
Abraam: Fili recorda
re quia recepisti bona
in vita tua [d]: et lazarus
similiter mala. Nunc
aūt hic cōsolat [e]: tu ve
ro cruciaris [f]. Et i his
oibus inter nos et vos [g]
chaos magnū firmatū
est: vt hi q volūt hinc
trāsire [h] ad vos nō pos
sūt neq inde huc trās
meare. Et ait. Rogo
ergo te pat vt mittas
eū in domū pris mei [i]
Habeo eni qnq frēs
vt testef illis: ne et ipi
veniāt in locum hunc
tormētorū. Et ait illi
abraā [k] Hnt Moysen

a Pater ab
raam) hunc
falso pro ni/
hilo vocat
patrem: quē
in operibus
misericor//
die minime
voluit imita
ri. Unde sal/
uator Johā
nis octa. ca/
pitulo dicit
iudeis. Uos
ex patre dia
bolo estis etc.
b Mitte
Lazarum) irrationabiliter petijt illuz
ad se iuuandum mitti: cui micas pa/
nis noluit mittere esurienti
c Ut refrigeret linguam meam) ibi
plus cruciabatur: quia per eam plus
peccauerat secundum duo officia na/
ture in quibus lingua deseruit scili/
licet gustuz et loquelam: vt habetur se/
cundo de anima. Quod autem p lin/
guam in officio gustus peccasset patet
per illud quod supra dictum est. Epu
labatur quotidie splendide. Simili/
ter in officio loquele: quia inter epu//
las splendidas maxime relaxatur lin/
gua ad loquendum inepta. Notan/
dum tamē hic q lingua et digitus me/
taphorice dicuntur in animabus se//
paratis: quales erant anime lazari et
diuitis. Sicut in deo qui spiritus est:
manus dicitur virtus eius operatiua
et similiter in lazaro hic per digitum
intelligitur virtus eius auxiliatiua:
per linguam diuitis: virtus concept9
mentis expressiua
d Fili recordare quia recepisti bo/
na in vita tua) hoc dicitur ad augmen
tum sue pene: quia maximū infortu//
nij genus fuisse felicē: vt dicit Boeti9
pmo de cōsolatione. e Nunc autem
hic cōsolat) scz ppter meritū patiētie
f Tu vero
cruciaris) p
pter defectū
misicordie.
g Et in his
omnibus in
ter nos et vos
chaos ma//
gnuz firma/
tuz est) idest
distātia ma/
gna merito
rum et statu/
um firmata
est rigore iu
sticie diuine
vt impossibi
lis sit transitus ab vno statu in alium:
ideo subditur. h Ut hi qui volunt
hic trāsire etc.) quia anie separate sunt
extra statuz meriti et demeriti. Quod
autē damnati vellent venire ad locum
electorū si esset possibile non est dubiū
Sed de electis q vellent ire ad locum
damnatorū videt falsum. Ad quod di
cendum q nō vellent ire illuc manen
dū: vellent tn ire illuc si esset possibile
ad ppinquos suos liberanduz. Istud
tamē velle intelligit sm voluntatē na/
turalem: nō aūt sm voluntatē delibera
tiuā in qua cōformat simpliciter diui/
ne iusticie.
i Rogo ergo te pater vt mittas eum
in domum patris mei) Dixit hec non
charitate ductus cum illam non habe
ret: sed timore seruili ne in ipsorum
consortio eius pena augeretur: quia
fuerat eis occasio peccandi: tum ratio
ne diuitiarum quas eis dimiserat ad
abusum: tum exemplo male vite quod
eis dederat adsequendum.
k Et ait illi: habent Moysen):

qui docuit moralia agenda. a Et ꝑ
phetas) qui docuerunt mistica et cre/
denda. Et ista sufficiunt ad salutẽ. Jo
deo sequit̃. b Audiant illos) Ex hoc
patet ꝙ iste diues et amici eius erant
de gente iu/
deorũ: quia
gentiles nõ
habebãt do
ctrinã Moy
si et ꝑphetarũ. c Nõ

et prophetas[a] audiant illos[b]. At ille dixit. Non pater abraam[c]: sed si quis ex mortuis ierit ad eos penitentiam agent. Ait autem illi. Si moysen et prophetas[d] non audiunt neq; si quis ex mortuis resurrexerit credẽt.

pr̃ abraã s; si qs ex mortuis ꝛc̃) moti ex
nũtio: sic mirabiliter eis apparente.
d Si moysen et ꝛ ꝑphetas nõ audi/
unt ꝛc̃) Hoc patuit per effectũ: q: La/
zaro resurgenti: et christo testimoniũ
perhibenti non crediderũt: sed magis
interficere eum voluerunt: vt habetur
Joan.xij.ca. Similiter nec christo re/
surgenti: sed magis suaserũt falso ip/
sum nõ surrexisse: et corpus eius a di/
scipulis suis furatum fuisse: vt habe//
tur Mathei vltimo.

Expositio moralis.

HOmo quidã erat diues ꝛc̃) Hoc
exposui litteraliter de diuitijs for
tune: quia ẽm doctores catholicos nõ
ponit̃ hic parabola: sed narrat̃ res ge/
sta. Nunc aũt exponi potest de diuitijs
nature ꝑdictis: ꝛ quia cõmuniter est
etiã diues in tẽporalibus et superbus
Ideo subdit̃ (Qui induebat̃ purpura
et bysso ꝛc̃). Ecce pompa vestiũ (ꝛ epu
labat̃ quottidie splendide) ꝑ excessuz
victualiũ (Et erat quidã mendicus) ꝑ
quem significat̃ homo simplex ꝛ igna
rus indigẽs consilio eius (Ulceribus
plenus) idest penitẽs de suis facinori/
bus qđ significat̃ per vlcera in quibus
putredo erumpit ad exteriora (Cupi/
ens saturari de micis) idest de consilij
sui verbis: que ꝓcedunt ex scientia si/
cut mice de mẽsa (Et nemo illi dabat)
quia talis cõtemnit pauperes: et eos
alloqui dedignat̃ (Sed ꝛ canes venie
bant et lingebãt vlcera eius) per canes

lupos a gregibus arcẽtes significant̃
predicatores et cõfessores qui debent
tales dulciter ꝯsolari (Factũ est aũt vt
moreret̃ mẽdicus ꝛc̃) q: frequẽter con
tingit ꝙ simplices ꝛ ignari saluant̃. Et
hoies astuti
ꝛ litterati dã
nant̃. Unde
Augustinus
ꝺ paulo sim
plice dixit.
Simplices ꝛ
illiterati rapiũt celũ ꝛ nos cũ lr̃is nr̃is
trahimur ad infernũ (Pater Abraã mi
serere mei ꝛc̃) per hoc significat̃ ꝙ dã/
nati vellẽt si fieri posset a beatis adiu//
uari. Sed hoc impedit̃ per dei senten/
tiã que dicit (hic magnũ chaos) impos
sibile pertransiri (firmatum est.
Questio fratris Antonij betontini. Hõ
quidã erat diues: qui induebat̃ purpu
ra et abysso. ꝛc̃. Luce.xvj.ca. Ex quib[9]
verbis merito querit̃. ¶ Utruz homo
diuitias ꝛ temporalia bona possit ap/
petere sine pctõ? Ad qđ Alexan. irrefra
gabilis doctor in.ij.pte sũme.q.clviij.
taliter inquit. Qđ qcũq; diuitias ꝛ cũ/
ta tp̃alia bona appetit triplici intẽtio
ne põt appetere. Primo intẽtiõe vl̃ cõ
sideratione necessitatis: qđ ꝛ laudatuz
est exẽplo Salomonis qui ꝓuerbiorũ
xxx.ca. dño dixit. Mendicitatẽ ꝛ diui
tias ne dederis mihi: tribue tm̃ victui
meo necessaria ne forte saciatus illiciar
ad negandũ ꝛ dicã: quis est dñs: ꝛ ege
state cõpulsus furer: ꝛ piurẽ nomẽ dei
mei. Lc; qđẽvt sctũs Tho. ait scđa ẽe.
q.lxxxiij. arti.vj. tẽporalia desiderare
q̃uis nõ principaliter: vt in eis finem
cõstituam[9]: sed sicut quedã adminicu
la quibus ad tendendũ in beatitudinẽ
adiuuamur inquantũ sc; ꝑ ea vita cor/
poralis sustentat̃: et inquantũ nobis
ad actus virtutũ organice deseruiunt
vbi dicit philosophus.j. ethicoꝝ. Un
de Augustinus dicit. Ad sufficientiaz
vite: nõ indecenter vult quisquis ea cũ

eta habere ⁊c̄. Scd̄o intentione vel cō ſideratiōe anxie ſuperfluitatis: qd̄ ⁊ malum eſt. Quia teſte Hieronymo ad demetriadē: diuitiarū amor inſaciabilis eſt: expleri neſcit bonoꝝ cupido: celerē tes habiture finez ſine fine q̄rūtur. Hec quidez anxietas habendi ſuperflua: non hominē beatuz ſed calamitoſum facit. Unde Seneca ad Lucillum ait. Calamitoſus ē animꝰ futuri anxiꝰ ⁊ ante miſerias miſer. Unī Dātes cantico. vij. prime Comedie dicit virgiliū auaritie ſic dixiſſe. Puoi ſi riuolſe a quella enfiata labra. Et diſſe tace maledecto lupo. Conſuma dentro te cō la tua rabia. Tertio intentiōe: vel cōſideratione voluptatis: qd̄ et peius eſt quia pctō auaritie addunt peccata gule ⁊ luxurie: ſicut in diuite epulone cōſpicit: qui ꝓpter diuitias plenꝰ voluptatibus legit in verbis iſtis. Hō q̄daz erat diues qui induebat purpura ⁊ byſſo: ⁊ epulabat q̄ttidie ſplendide.

Feria ſexta poſt ſcd̄az dominicā quadrageſime. Euāgelium ſm matheum. xxj. cap.

In illo tēpoꝛ: dixit Jeſus diſcipulis ſuis ⁊ turbis iudeoꝛū parabolā hāc Homo quidā erat paterfamilias [a] qui plantauit vineam[b]: ⁊ ſepez circundedit ei[c]. Et foditi ea toꝛcular[d]: ⁊ edificauit i medio eiꝰ turrim[e]: ⁊ locauit eā agricolis[f]: ⁊ peregre pꝛofectus eſt[g]. Cum autem tempus fructuum appꝛopinq̄ſſet[h] miſit ſeruos ſuos[i] ad agricolas vt acciperēt fructꝰ eiꝰ[l] Et agricole appꝛehen

Expoſitio litteralis

Euangeliſta adducit parabolā: et cōſequenter oſtendit qualiter ipſi impugnauerunt chꝛiſtū legiſlatoꝛē. et diuidit in duas: qꝛ p̄mo ad oſtēdendū ꝓpoſitū ꝓponit quandā parabolā Scd̄o ꝯfirmat ſuū ꝓpoſitū ꝑ ſcripturā ibi. dicit illis ieſus: nunq̄z legiſtis. Circa p̄mū dicit ſic. a Homo erat pater familias ⁊c̄) Iſte homo deus eſt rationibus p̄dictis: qui dicit paterfamilias: qꝛ ſic gubernat totā creaturā ſicut p̄ffamilias gubernat ſb̄ditos in domo

b Qui plantauit vineam) domū. ſ. iſrael. ſm q̄ dicit Jſai. v. ca. Uinea dn̄i exercituū domus iſrael eſt. c Et ſepem circundedit ei) ſcz clauſuram legis et mandatoꝛū. d Et fodit in ea toꝛcular) dā do doctrinā pꝛophetarū in qua expꝛimitur: ⁊ magis declaratur virtus legis. e Et edificauit turrim). ſ. templū in hieruſalē: qd̄ erat edificatū ad modum turris: vnde tēphlum dicit turris. Michee. iiij. capi. Et tu turris nebuloſa ⁊c̄ f Et locauit eam agricolis) videlicet ſacerdotibus et pꝛincibus qui habent officiū ſeruandi cultū diuinum: ⁊ iuſticiā in hoībus g Et peregre pꝛofectus eſt) non quia mutet locum cū ſit vbiq̄z pꝛeſens: ſed quia dimittit homines agere ſm libertatem arbitrij. ſm q̄ dicit Eccleſiaſtes xv. Deus ab initio conſtituit hominez et reliquit eum in manu conſilij ſui.
h Cum autē tempus fructuū appꝛopinquaſſet) quia poſt legem ſuſceptaz debebant facere fructū bonoꝝ operū.
i Miſit ſeruos ſuos). i. p̄mos ꝓphetas. k Ad agricolas). i. ad reges et ſacerdotes pꝛincipaliter et ad alios eis ſubiectos conſequenter.
l Ut acciperent fructus) per pꝛedicationem ſuam eos ad fructum bonorum operum reducendo.
m Et agricole appꝛehenſis ſeruis) qꝛ reges multi et ſacerdotes pꝛophetas ſibi miſſos a domino turpiter compꝛehenderunt et incarcerauerunt ac occiderunt: et hoc eſt quod ſubditur.

a Alium ceciderunt) sicut isaiã q ser ratꝰ fuit cũ serra ex ꝑcepto manasse re gis iuda. b Aliũ occiderũt) sic amos quẽ ozias vecte ꝑ tpa trãsfixit. c Ali um lapidauerũt) vt zachariã quẽ Joas rex iuda la// pidare iussit inter tem plũ ꝛ altare. d Iterum misit alios ſ uos plures prio:ibꝰ) mt tiplicãdo. s. ꝑphetas ad ppli corre// ctionem. e Et se est illis simili// ter) eos. s. oc cidẽdo intã// tum q impleuerũt hierl'm sanguine ꝑ phetarũ vsq; ad os: vt dicit. iiij. Regũ xxj. cap. f Nouissime aũt misit ad eos filiũ suũ) pro nobis incarnatũ: di// cens. g Uerebunt forte filiũ meu) hoc non dicit q deus ignoraret contẽ ptum: quem iudei facturi erant xpo: sed ꝑ hoc exprimit qd deberet fieri: ac si diceret h Uerebunt filiũ meũ). i. in reuerentia habere deberent.
i Agricole autem) idest sacerdotes et legisperiti k Uidentes filium) id est dominũ iesum christum opera di// uinitatis facientem: et omnia que pre dicta erant de ipso adimplentem.
l Dixerunt intra se hic est heres) q: de ipso veram noticiam habuerunt vt iam dicetur. m Uenite occidamus eum: et habebimus hereditatẽ eius) ꝑpter hoc tractauerũt de morte eius ne occasione christi venirent romani et auferrent eis locum et gentẽ: vt ha betur Joannis. xj. cap. Et sic occide// runt eum vt pacifice possiderent ciui// tatem et templum. Contrarium autẽ

sis seruis eius: Aliũ ceciderũt[a]: Aliũ occi// derũt[b]: Alium vero la pidauerũt[c] Iterũ misit alios seruos plures ꝑo ribus[d]: ꝛ fecerũt illis si militer[e]. Nouissime autem misit ad eos fi// lium suum[f] dicens: Uerebuntur forte fili um meum[g]. Agricole autem[i] videntes filiũ[k] dixerũt intra se[l]. Hic est heres: venite occi// damus eum et habebi mus hereditatẽ eius[m] Et apprehensum eum eiecerunt extra vineaz ꝛ occiderunt[n]. Cũ er// go venerit dñs vinee: qd faciet agricol' illis[o] Aiunt illi. Malos ma le perdet[p]: ꝛ vineã suã locabit aliis agricolis[q] qui reddent ei fructuz temporibus suis[r].

accidit eis: quia per hoc in vindictam mortis christi. locum et gentem perdi derunt: quia per Titum et Uespasia// num destructa est ciuitas ꝛ templum et populus occisus et captiuatus.
n Et appre hẽsum eum eiecerunt ex tra vineam et occiderũt quia chri[st]ꝰ extra ciuita// tem herusa// lem crucifi// xus est.
o Cũ ergo venerit dñs vinee: quid faciet agri// colis illis) ve nit dñs adiu candum et vindicanduz illud factum quando ex eius ordinatione venit con tra eos exercitus romanorum. p Aiũt illi malos male perdet ꝛc̃) Lucas vero ista verba refert: quasi a christo dicta ꝛ sacerdotes dixerũt cõtrariuz: absit: vt habetur Luce. xx. ca. Dicendũ q non est ꝯtradictio: quia in turba illa erant aliqui: qui cõsentiebant doctrine chri sti ꝛ illi dixerunt. Malos male perdet vt hic dicit Mattheus: et hanc respõ// sionem quasi approbando tanq̃ verã christus repetit: vt dicit Lucas: ꝛ tunc consequenter sacerdotes quod erat di ctum contra eos dixerunt: absit: ma los autem dominus perdidit quando ciuitatem et templum per Romanos destruxit. sequitur.
q Et vineam suam locabit aliis agri colis) quia christus ecclesiam suam re gendam tradidit apostolis et aliis di// scipulis.
r Qui reddent ei fructum tempori// bus suis) quia ad predicationem eo// rum crediderunt multe gentes.

Dicit illis iesus[a] Nū/
q̄ȝ legistis i scipturis[b]
Lapidē quē reproba/
uerūt edificātes[c] hic fa
ctus est i caput anguli
A dn̄o factū est istud[d]
ꝛ est mirabile i oculis
nostris. iō dico vobis[e]
quia auferetur a vo//
bis regnum dei[f]: ꝛ da
bitur genti faciēti fru/
ctus eius[g] Et qui ceci
derit sup lapidē istuȝ[h]
cōfringetur super quē
vero ceciderit: conte/
ret eum[i]. Et cuȝ audis/
sent pncipes sacerdo/
tuȝ[k] ꝛ pharisei parabo
las eius: cognouerunt
ꝙ de ipsis diceret: ꝛ q̄
rentes eum tenere[l]: ti/
muerunt turbas[m] quo
niam sicut prophetaȝ
eum habebant.

a Dicit illis iesus) Hic confirmat pa
rabolam suam per sacram scripturā.
b Nunq̄ȝ legistis in scripturis). i. in
psalmis: quasi dicat: vos qui estis le//
gisperiti deberetis hoc scire.
c Lapidē
quem repro
bauerūt edi
ficantes ꝛc̄)
Ad litteram
dicit de edi
ficatione tē/
pli Salomo
nis: qui qui
dē lapis plu
ries oblatus
est in edifi//
catione: ꝛ qꝛ
non poterat
cōuenienter
collocari. ideo pluries reiectus ē qua/
si reprobatus ab edificantibus vltimo
autē positus est in cōsumatione angu
li: vbi cōiungebant parietes tēpli: et
de illo scribit in psal. d A domio fa
ctum est istud) quia illud non fuit a ca
su sed ex diuina pordinatiōe: qꝛ lapis
iste figurabat christū qui multotiens
et multipliciter reprobatus est a prin
cipibus sacerdotū: ꝛ tn̄ factus est in ca
put anguli cōiungens iudeos ꝛ genti
les quasi duos parietes in vnam eccle
siam: qȏ aūt xp̄s dicat lapis in scriptu
ra: habet Danie. ij. ca. Lapis qui per/
cusserat statuam: factus est mons ma/
gnus: ꝛ impleuit vniuersam terrā. Qȏ
etiam sit lapis angularis habet Isaie.
xxviij. Ecce ego mittā i fūdamētis syō
lapidē angularē pbatū pciosū ꝛc̄: ꝛ ex
auctoritate concludit reprobatio iude
orum e Ideo dico vobis) qui chri/
stum reprobatis. f Auferet a vobis
regnum dei). i. regimen ecclesie.
g Et dabit genti ꝛc̄). i. apostolis ꝛ eoꝝ
successoribus. h Et qui ceciderit su
per lapidem ꝛc̄) Ille aūt cadit super
lapidē qui credens peccat per lubrici
tatem carnis seu aliis peccatis: et iste
cōfringet: sed nō cōminuit: qꝛ nō pec/
cat tā grauiter sicut ille qui peccat pec
cato infidelitatis i Super quē vero
ceciderit cōteret eū) sup illū vreo cadit
lapis in quo
inuenit pec
catū infideli
tatis: et iste
conterit: qa
ex pondere
diuini iudi/
cij grauissi//
me punitur
k Et cum
audissent pn
cipes sacer/
dotum) Hic
ponit cōclu
sio huius ca
pituli: vbi ostendit obstinatio sacerdo
tum: quia audientes doctrinā eius nō
fuerūt cōtriti: sed magis ad occidēdū
eum incitati. l Et querentes eū te/
nere). s. ad occidendum. m Timue
rūt turbas) ex quo patet ꝙ solo timore
retracti fuerūt ab eiꝰ morte. Questio
¶ Occasione dictoꝝ in hoc capitulo
querit. Utrū iudei congnouerūt iesuȝ
nazarenum esse christo sibi promissū?
Et arguit pmo ꝙ non per illud qȏ di/
citur. j. Corinth. ij. Si enim cognouis
sent nunq̄ȝ dn̄m glorie crucifixissent.
Item Act. iij. ca. dicit petrus loquēs
iudeis. Scio fratres ꝙ per ignorantiā
fecistis: sicut et principes vestri. Item
Luc. xxiij. cap. dicebat iesus in cruce.
Pater dimitte illis qꝛ nesciūt quid fa
ciunt. In contrarium arguit: p illud
quod habet Joānis. xv. ca. Nunc aūt
viderūt et oderūt me ꝛ patrē meū: qȏ
aūt videtur manifeste cognoscit. Iteȝ
sup illȏ qȏ dictū est in psenti ca. Agri/
cole videntes filium dixerunt intra se
hic ē heres. dicit hieronimꝰ Manife/
ste pbat dn̄s his verbis iudeoꝝ princi
pes nō per ignorantiā: sed p inuidiaȝ

dei filium crucifixisse. Responsio dicē
dum: ꝙ ī populo iudeorū aliqui erant
maiores scientes scripturas legis ⁊ ꝓ/
phetarū. Aliqui autē minores sicut lai
ci et vulgares tm̄ modo scientes illud
quod est de necessitate salutis vt prece
pta decalogi et huiusmōi: que debēt
sciri ab oibus: et subtilitatē scriptura/
rum et dicta prophetarū ignorantes.
Item ꝙ xp̄s erat verus homo ꝓphe//
ta sanctus et deus in vnitate suppositi
Dicunt ergo aliquí et bene quantū ad
hoc ꝙ minores populi iudeoꝝ non co
gnouerunt iesum esse xp̄m: nec quan/
tum ad diuinitatē: nec quantū ad hu//
manitē: quia licet cognoscerēt eū esse
hominē verū: tn̄ nō cognoscebant illū
esse hominē seu ꝓphetā qui erat a deo
ꝓmissus sicut xp̄s: Cuius ratio ē quia
ignorabant scripturas que loquunť ꝺ
xp̄i diuinitate et illas que loquunť de
determinatiōe tp̄is: ⁊ de signis sui ad/
uentus: sed maiores cognouerūt eum
esse verū ꝓphetā a deo ꝓmissuȝ ⁊ mis/
sum: quia sciebant scripturas loquen
tes de tp̄e sui aduent⁹: ⁊ de signis que
omnia videbant in eo impleri: non tn̄
vt isti dicunt cognouerūt ipsum eē de
um: et ſm hoc loquiť Ap̄lus in aucto/
ritate p̄allegata: qꝺ si cognouissent nū
ꝙ̄ȝ dn̄m glorie crucifixissent: quasi di/
ceret: nunꝙ̄ȝ cognouerūt eius diuinita
tem. Sed hoc nō videť conueniēter di
ctū quia sicut scripture ꝺterminate lo/
quunť de tēpore sui aduētus. Danie.
ix. ca. in ebdomadibus illis abbreuiata
tis: et de signis sui aduentus sicut est
translatio regni: vt habeť Gene. xlix. c
Et modus adueniendi eius in paup/
tate et humilitate: vt habeť zacha. ix.
ca. Ita expresse vel expressius loquun
tur scriptue ꝓphetarū de eius diuini/
tate. Jeremie. xxxiij. ca. Ecce dies ve//
niunt dicit dn̄s: et suscitabo verbum
bonum quod locutus sum ad domuȝ
israel et iuda in diebus illis et germi//
nare faciam dauid germen iustuȝ ⁊ fa/
ciet iudicium et iusticiā in terra: ⁊ hoc
est nomen qꝺ vocabunt eum dn̄s iust⁹
noster. In hebraico enī vt habetur hic
dn̄s: poniť nomē dn̄i tetragramaton:
quod nullo modo potest dici ꝺ aliquo
nisi de deo vero: cum ergo ista auctori
tas ſm omnes doctores etiam hebrai
cos exposita sit de christo: sequiť ip̄m
esse verum deū. Item Isai. xi. c. diciť
Paruulus natus est nobis: sequiť: ⁊ fa
ctus est p̄ncipatus sup humerū eius
et vocabiť nomē eius admirabilis cō/
siliarius: deus fortis: pater futuri secu
li: p̄nceps pacis. Que etiā auctoritas
ſm hebreos intelligiť de xp̄o et ī ea sit
expressa mentio de eius diuinitate si/
cut de humanitate. Et multe alie au//
ctoritates cōsimiles possunt ad hoc in
duci: sed ꝓpter ꝓlixitatem omitto: et
ideo dicendū ꝙ sicut maiores ppl̄i iu/
deorum habuerunt noticiā de tp̄e ⁊ si/
gnis sui aduentus: ita noticiā per scri
pturas habuerunt ꝙ̄ȝtum ad eius di//
uinitatē. Considerandum tamē ꝙ ali/
quid cognosciť in habitu: cuius tn̄ co
gnitio actualis impediť ꝓpter aliquā
passionē vel habitū impedientē sicut
dicit philosophus. vij. ethicoꝝ: quod
incōtinens differt ab intēperato p hoc
ꝙ habet extimationē veram nō solum
in vniuersali quā etiā habet intēpera/
tus: vt quod fornicari est malū cū non
peccet per ignorantiā: sed etiaȝ habet
extimationē veram in particulari. Et
per hoc incōtinens differt ab intempe
rato. Et tamen adueniente passiōe cor
rumpiť extimatio vera pericularis: q
passione vincente iudicat nunc fornicā
dum: ita ꝙ passio impedit actualē ꝯsi/
deratione verā in particulari: ⁊ si pas/
sio semper duraret semp sic iudicaret.
Eodem modo dicendū est ꝙ iudei ha
buerunt veram extimationem de xp̄o
et in habitu ⁊ in actu in principio: sed
qn̄ incepit contra eos p̄dicare: excitati
fuerunt cōtra eū passionibus ire rāco/
ris et inuidie quibus passionibus im/

pediebant ab actuali cōsideratione veritatis prehabite de xpo. iō machinati sunt in eius mortē: sicut ꝛ incontinens ꝑpter passionē ꝯcupiscibilis eligit fornicari: qđ tñ alīs refugeret. Considerādū tñ ꝙ illa noticia quaz habuerunt de xpo ꝑ scripturas prophetarum: nō erat certa certitudine euidētie: tū qꝛ talis certitudo solū hētur ꝑ demōstrationē vel sensuz: tū qꝛ ꝓphetie possunt aliqñ varie exponi: ꝛ iō erat magis notitia probabilis ꝛ verisilis cōiecture. Uel scđm alios erat ibi certitudo adherētie q̄ tñ pōt impediri in actu mō ṗdicto. Per dicta pñt solui argumēta ad vtranqꝫ ꝑtē: qꝛ illa argumēta q̄ probant ꝙ habuerūt noticiā ð xpo: intelligēda sunt de noticia habituali ṗdicto modo. Alie aūt auctoritates q̄ dicūt cōtrarium. loquunt de actuali cognitione aplicante ad opus: q̄ fuit impedita ꝑpter passionē inuidie ꝛ rancoris vt dictū est.

℃ Expositio moralis.

Homo erat paterfamilias q plātauit vineā ꝛc.) Scđm sensuz allegoricū: hō iste xps est: q plātauit ecclīam de suo latere formataz (ꝛ sepē circūdedit ei). i. doctrinā euāgelicā (ꝛ fodit i ea torcular). i. martyrū patientiā q̄ roborata est ecclīa (ꝛ edificauit turrim). i. cōtemplationē ꝯfessoꝝ ꝛ doctoꝝ (ꝛ locauit eaz agricolis) Raba. Moraliter hec vinea cuicūqꝫ locat cum baptismi mysteriū sibi dat vt bñ oꝑando in ea exerceat: mittit ꝑu⁹ vn⁹ alter terti⁹ cū lex pō. ꝓphia legit sꝫ missus cedit eijcit cū sermo ꝯtemnit: vel qđ peı⁹ est blasphemat: heredē vō q̄tuz in se est occidit q filiū dei ꝯculcauerit: ꝛ spiritui grē ꝯtumeliā fecerit. ꝑdito malo cultore vinea alteri dat. cū donū grē qđ supbus sprēuit: humilis accipit (Et cum audissent pncipes sacerdotū) Crisostomus. Hec est differentia oīm bonoꝝ et malorum Bonus eni cōphensus i peccato gemit. Malus autē fremit: non qꝛ peccauit: sed qꝛ cōprehensus est in peccato.

Sabbato post secundam dominicam quadragesime. Euangelium secunduz Lucam. xv. capitulo.

In illo tpe Dixit ihs discipulis suis ꝑabolam hanc. ℃ Questio fris Antonij Betontini. Hic ē heres venite occidamus euz ꝛc. Mat. xxj. c.

Ex qbus vbis merito q̄rit. ℃ Utrū auaritia sit cā inuidie? Ad qđ breuit rñdet ex sacroꝝ theologoꝝ sñia qđ sic. vñ ꝓuerb. xxviij. ca. scribit. Uir q festinat ditari alijs inuidet. ꝛ Greg. Uir iust⁹ ꝑ hoc qđ in terris nihil appet alienis felicibus inuidere nescit. tāto eni qsqꝫ plus inuidet alijs bona pñtia: q̄to min⁹ ipe ꝯtempserit ea. Et Alanus de planctu nature dicit: Si qs in torrēte diuitiaꝝ natat: i hūc oēs suaꝝ detractionū aceruos expendit inuidia: difficile eni imo impossibile ē cū auarus quēpiā aut diuitijs aut alijs reb⁹ i qbus oibus est inuidia magnū ꝛ potentē viderit ipm: illi nō inuidere. Hinc btūs Hiero. in fine vite bti Malchi taliter inqt. Semp vtutes insequit inuidia: feriūtqꝫ sūmos fulgura mōtes Nec mirū si h̄ de oibus loquor: cū ꝛ dñs nr̄ phariseorū zelo sit crucifixus ꝛ omēs scti emulos habuerint. Sꝫ vt clari⁹ pateat qđ auaritia sit efficax cā ꝛ q̄si totalis inuidie iducunt vba euāgelij hodierni. h̄ est heres ꝛc. In qbus vbis denotat ꝙ agricole quibus locauerat vineā quā plātauerat. i. iudei qbus dñs dederat legē: tpalia dona sic auari tinētes amittere. vñ Joānes. xj. ca. dicebāt: qđ facim⁹ q͡a h̄ hō multa signa facit: si dimittim⁹ eū sic venient romani ꝛ tollēt locū nr̄m ꝛ gentē: Et ex h̄ inuidētes ipsi dño trucidati ꝑmo pr̄ibus ꝛ ꝓphetis: qꝛ ab eis fructū boni opis regrebāt dixerūt ad inuicē. Hic est heres iesum ostendētes. venite

Homo quidaꝫ[a] habu/it duos filios[b]: ⁊ dixit adolescentior[c] ex illis patri. Pater da mihi portionē substantie q̄ me contingit. Et diuisit illis substantiā[d] Et non post multos dies cōgregatis oībus adolescentior filius pere/gre profectus est[e] in regionem longinquaꝫ: et ibi dissipauit substā/tiam suā[f] viuendo lu/xuriose[g]. Et postq̄ꝫ omnia consumasset: facta est fames valida[h] in regione illa: ⁊ ipse cepit egere[i]. Et abijt ⁊ adhesit vni ciuiū regionis illius[k]: et misit illum in villam suam[l]: vt pasceret porcos[m]. et cupiebat implere ventrem suuꝫ[n] de siliquis quas porci manducabant: et memo illi dabat[o] in se aūt reuersus dixit[p].

occidamus eū ⁊c̄. **Expositio l'ralis.**

Hic describit̄ ꝑ euāgelistā peccatorū cōuersio ad iusticiā ⁊ q̄liter sūt benigne suscipiēdi vt patꝫ ꝑ parabolā. a Homo qdā) hͥ ponit̄ ꝑabola de filio ꝓdigo: ꝑ queꝫ designat̄ populus gentilis q erat subditus petis: vel etiā qcū/q; pctōr sin/gularis. Di/cit ergo. a Homo qdā) idest ipe de⁹ ꝓ nobis humanat⁹. b Habuit duos filios) .i. duos po/pulos. s. iu/daicū ⁊ gētilē: vl' duos filios. i. iustos ⁊ peccatores: q: pctōres sunt filij dei: in/q̄ꝫtum sunt ad ei⁹ imaginē: lꝫ non sunt filij dei ꝑ grām. c Et dixit adolescē/tior). i. gētilis pp'lus: vñ ⁊ pp'lus iudaicus vocat̄ filius dei ꝓmogenit⁹. Exod. iiij. Filius meus ꝓmogenit⁹ israel. Uel pctōr qui dr̄ iuuenis morib⁹: ⁊ ideo dr̄ adolescētior filius. d Et diuisit illis sbām) q: dona dei oībus largiunt̄ lꝫ diuersimode. e Adolescētior fili⁹ pere/gre ꝓfectus est) ꝑ multiplicationē peccatorū elongādo se a deo p̄re ⁊ a celesti ciuitate. f Et ibi dissipauit sbām suā) q: ꝑ peccata mortalia tollūt̄ bona grē: ⁊ peiorant̄ bona nature. g Uiuēdo luxuriose) Luxuria spūali q̄ est ydola/tria q̄ꝫtuꝫ ad gentilē popolū: ⁊ luxuria corpali nō solū q̄ꝫtū ad gentilē sed etiā q̄ꝫtuꝫ ad pctōrem informē fidē hñteꝫ. h Facta est fames valida) ꝑ defectuꝫ verbi diuini ⁊ scpture: q: gētilibus nō ē data lex vetus: neqꝫ oracula ꝓphetaꝝ: sm̄ illud psal. xlvij. Nō fecit taliter oī nātiōi: ⁊ iudicia sua nō māifestauit eis Peccatorib⁹ etiā iudeis i tali statu lex et ꝓphete nō valebāt ad salutē. iō subdit̄. i Et ipse cepit egere) spūalibus bonis. k Et adhesit vni ciuiū regionis illius). s. dyabolo qui est ciuis in regiōe vmbre mortis. l Et misit illū i villā suaꝫ) i. occupauit euꝫ circa cupiditateꝫ mūdanā: cuius ville dyabolus dicit̄ dn̄s. Joan. xiiij. cap. Uenit ꝓnceps mūdi huius et in me non habet quicq̄ꝫ. m Ut pasceret porcos) idest vicia que fetida sunt ⁊ immunda. vnde prime Thimo. vj. cap. Radix oīum malorū est cupiditas: quia sicut radix ministrat nutrimētū omnibus arboris ramis: sic abūdantia temporaliū circa quā versatur mundana cupiditas administrat materiaꝫ ⁊ fomentū omnibus vitijs. n Et cupiebat implere ventrē suum ⁊c̄) Quia intentus congregationi temporalium querit in talibus sufficientiā: intendēs eam habere ꝑ talia: sed non assequitur intentū q: talia nō minuunt cupiditatem: sed magis eaꝫ augent: q̄ꝫto enim aliquis plus habet de bonis temporalibus: tanto plus ad habenda maiora anhelat: sm̄ q̄ dicit btūs Greg. et hoc de cōmuni cursu accidere videmus: et ideo bene subditur. o Et nemo illi dabat) quia nō assequitur quod intendebat: ⁊ quia cōsideratio huius defectus inducit aliquando ad penitentiā: ideo subditur. p In se auteꝫ reuersus dixit) Homo enim peccando extra se egreditur: quia limites recte ratiōis

Quāti mercēnarij[a] in domo p̄ris mei[b] abundāt panibus[c]: ego autem hic fame pereo[d]? Surgam[e] et ibo ad patrem meū[f]: et dicā ei[g]: Pater peccaui in celū et coram te: iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnuz de mercennarijs tuis. Et surgens venit ad patrem suum. Cuz autem adhuc longe esset[h]: vidit illum pater ipsius[i]: ⁊ misericordia motꝰ est. Et accurrens cecidit super collum eius ⁊ osculatus ē eū. Dixitq̃z ei filius. Pater peccaui in celum ⁊ corā te iam nō sum dignus vocari filius tuus. Dixit aūt pater ad seruos suos[k] Cito proferte stolam primā[l] et induite illum: et date annulū i manu eius[m] et calciamēta in pedibus eius[n]. Et adducite vitulū saginatum[o] ⁊ occidite: ⁊ mānducemꝰ[p] et epulemur[p]: q: hic filius meus mortuus erat[q] et reuixit[r] perierat et inuentꝰ est. Et ceperūt epulari. Erat autē filiꝰ eiꝰ senior i agro[s]:

transgredit: et iō penitēdo ad se reuertit. a Quanti mercēnarij) idest seruientes pro mercede eterna.
b In domo patris mei) idest in ecclesia seu cōgregatione iustorū. c Abūdant panibus) scz pane sacre scripture per eruditionem: et pane eucharistie per sacramenti receptionem.
d Ego autez hic fame pereo) quia si ad populum gentilē referat hoc dictum patz q̄ ei talia nō administrā tur: si autez ad catholicum peccatorem: patz q̄ talia nō p̄ficiunt homini q̄diu manet in mortali peccato. e Surgam) per infidelitatis vel peccati derelictionem.
f Et ibo ad patrem meū) per vite meliorationē. g Et dicam ei pater ⁊c̃) per veram fidei confessionem q̄tuz ad populum gentilem; scd̄m illud roma. x. ca. Corde creditur ad iusticiam: ore autem confessio fit ad salutem. q̄tum ad catholicum peccatorez per integrā peccatorum contritionem et puraz cōfessionem. h Cum autem adhuc lōge esset) idest motus ad penitendum: non tamen perfecte contritus ad quaz requiritur gratia diuina preueniens: ideo subditur. i Vid'it illum pater ipsius) oculo clementie. sequitur.
k Dicit autem pater ad seruos suos) idest ad apostolos et ecclesie ministros quibus precepit predicare non solum iudeis: sed etiam gentilibus et non solum iustis sed etiam peccatoribus.
l Cito proferte stolam primam) idest proferendā innocentiaz ⁊ restituendaz nunciate vere conuersis et penitentibus.
m Et date annulum in manu eius) idest predicate danduz annulum fidei per charitatem operantis.
n Calciamenta in pedibus) idest sanctorū precedentiū exempla: quia calciamenta fiūt de pellibus animalium mortuorum. o Et adducite vitulum saginatum) idest sacramentū eucharistie fidelibus administrate: in quo immolatur christus qui est vitulus saginatus propter gratie pinguedinem.
p Et manducemus) quia in primitiua ecclesia non solum ministri ecclesie sumebant hoc sacramentum: sed etiaz totus pp̄lus quotidie: vt habet Actuū ij. ca. Et adhuc semel in anno quilibet xpianus teneiur refici hoc sacramēto: reficitur etiam quotidie: quia sacerdotes non solum sumūt hoc sacramentū pro se sed etiam pro populo.
q Quia filius meus hic mortuꝰ erat) morte culpe. r Et reuixit) vita gratie. s Erat autem filius eius senior in agro) quia iudaicus populus in cultu vnius dei erat occupatus.

et cū veniret et appro/
pinquaret domui au/
diuit simphoniam [a] et
chorū: ⁊ vocauit vnuz
de seruis [b] ⁊ interroga
uit q̄ hec eēnt. Ilq; di
xit illi: Frater tuus ve
nit et occidit illi pr̄ tu
us vitulū saginatū: q̄
saluū illū recepit. In/
dignatus est autez: et
nolebat introire [c]. Pa
ter ergo illius egressus
cepit rogare [d] eum. At
ille respondens dixit
patri suo. Ecce tot an/
nis seruio tibi [e]: ⁊ man
datum tuū nunq̄ pre
teriui [f]: et nunq̄ dedi/
sti mihi hedū [g] vt cum
amicis meis epularer
sed postq̄ filius tuus
hic qui deuorauit sub
stantiam suā cum me/
retricibus venit: occi/
disti illi vitulum sagi/
natū. At ipse dixit illi
Fili tu semper mecuz
es [h]: et omnia mea tua
sunt. [i] Epulari autem
et gaudere oportebat:
quia frater tuus mor/
tuus erat et reuixit: pe
rierat et inuentus est.

a Et cū veniret ⁊ appropinq̄ret do/
mui) s. ecclie. b Audiuit simphonia
et choꝝ) q̄ cū sp̄ūsanctus descēdisset su/
per apl̄os aliosq; discipulos i die pen
thecostes ceperunt laudare deū varijs
liguis: vt ha
bet Act. ij. c.
Et tūc iudei
q̄ erāt in hie
rusalē audiē
tes voces eo
rū admirati
sunt ⁊ cepe//
rūt q̄rere vn̄
eēt tāta gr̄a
et exultatio:
iō subditur.
c Et voca/
uit vnū d̄ ser
uis: et inter/
rogauit q̄ h̄
essent) q̄ pe
trus ꝓ alijs
rn̄dit ondēs
q̄ erat ex do
no sp̄ūsan//
cti qd̄ iustificat venientes ad fidē catho/
licā. siue sint iudei siue sint gētiles: vn̄
et filijs gr̄a sp̄ūsancti data fuit gētilibus
credēt. b⁹ sic ⁊ discipulis xp̄i i die pēte
costes data fuerat: vt hētur Act. x. c. de
Cornelio ⁊ alijs gētilib⁹ q̄ erāt cū eo.
d Et indignatus nolebat introire) q̄
iudei etiā ad fidē ꝯuersi fuerāt admira
ti q̄ gētiles q̄s prius desperauerāt eq̄rent
eis i gr̄a dei: vt h̄r Act. x. c. vn̄ cū petr⁹
redijt et hierl̄m illi q̄ erāt ꝯuersi ad fi/
dē catholicā de iudaismo disceptabāt
aduersus illum: eo qd̄ cōmunicauerat
cū illis vt hētur Actuū. xj. ca. e Pa
ter ergo illi⁹ egressus cepit rogare) q̄a
deus p apostolos ⁊ per Paulū spāliter
ostendit rōnabiliter et p scripturas qd̄
erāt gentiles nō ꝯtemnendi sed gaudē
ter ad communionē fideliū recipiendi.
f Ecce tot annis seruio tibi) sub lege
Moysi. g Et nunq̄ mandatū tuuz
preteriui) scz mandatū de cultu vnius
dei: licz eni multi de iudeis fuerūt ido
latre: tamē aliqui semp remāserunt in
fide ⁊ cultu vnius dei: et illi possunt di
ci populus iudaicus: sicut ⁊ frequēter
pars nomia
tur noie to/
tius.
h Et nūq̄
dedisti mihi
hedū) q̄ to/
to tp̄e legis
mosayce nū
q̄ tantū be/
neficiū datū
fuit populo
iudaico q̄ /
tum datum
est tempore
euangelij gē
tili poplo ad
fidem ꝯuer
so. ideo om/
nia benefi//
cia illius tē/
poris modi
ca sunt et quasi nullius reputatiōis re
spectu beneficioꝝ noue legis. i Fi/
li tu semper mecū es) quia semp aliqui
de iudeis adheserunt deo per fidē. Et
multi ex eis receperūt fidē catholicā q̄
sunt participes beneficioꝝ noue legis
ideo subdit. k Et oia mea tua sunt)
Cetera patent ex predictis. Si autem
referat ista parabola ad iustuz ⁊ pecca/
torem reuertentē: sic filius senior exi/
stens in agro est homo a iuuētute i ope
ribus virtuosis exercitatus. Junior au
tem filius est peccator penitens: q̄ diu
male vixit: et aliquando dat sibi a deo
maior gratia ⁊ p cōsequens maior glo
ria. q̄z illi q̄ bene vixit a iuuētute: sicut
patz de sancto Bonifacio martyre nō
pontifice: q̄ inuentus in stupro penitu
it: et passus est sub dyocletiano: cuius
festū colit ecclia romana scd̄o id⁹ maij.
de quo iusti aliq̄n admirant: q̄ q̄dē ad

miratio pōt dici quedā indignatio in/
q̄stum talis non videt̄ dignus tāto bo
no:sed deus pr̄ pacificat hāc indigna/
tionē:quando ostendit p eruditionem
vel inspirationē q̄ꝺ hoc nō ꝓuenit ex p
te peccatoris penitētis: sed ex infinita
bonitate dei cōferentis ſm sua vera iu
dicia facultatē hūanā omino transcen
dentia. Et ad hanc intentionez potest
de facili littera applicari.

¶ Expositio moralis.

Homo quidā habuit duos filios)
homo ille xp̄s est. eius aūt filij sūt
oēs christiani per eius baptismū rege
nerati:quorū tñ aliqui sunt iusti ⁊ aliq
peccatores(Et dixit adolescentior)per
quē significatur quilibz peccator quia
iuuenis est moribus (Pater da mihi
portionem substantie)p hoc significa/
tur q̄ peccator recedit a dei patris le//
ge:vt agat pro libito volūtatis sue(Et
diuisit illis substantiā)q: deus pmittit
quēlibet agere ſm arbitrij libertatem(
Adolescentior filius peregre ꝓfectus
est.)p multiplicationē peccati elongās
se a pr̄ia celesti.iō ſb̄dit̄ (Et ibi dissipa
uit substantiā suā).s.bona gratuita p//
dendo ⁊ naturalia peiorādo(et postq̄
cōsumasset oīa facta est fames valida i
regione illa) Nā in regione peccati fit
magnus defectus pabuli diuini (Et
cepit egere)Nā existēs in peccato mor
tali fit egens omni bono sp̄ūali(Et ad/
hesit vni ciuiū regiōis illius).i.dyabo
lo q̄ ciuis est in regiōe vmbre mortis.
(Et misit illū i villā suā).i.in peccatoꝝ
societatē in q̄ domiatur sicut in ꝓpria
villa(Ut pasceret porcos).i.immundi
tie peccata(⁊ cupiebat implere ventrē
de cibo porcorū)q̄ est carnalitas(⁊ ne/
mo illi dabat)q: nullus vtens rōne cō/
cedit carnaliter viuere(In se aūt reuer
sus).i.ad ꝓpriā conscientiā p rōnis di
ctamē a qua recesserat sequēdo sen sua
litatē(dixit.Quanti mercēnarij).i.deo
seruiētes(abūdant panib⁹)vbi diuini
et eucharistie sacramēti(Ego aūt hic fa/
me pereo)p̄uatus oī bono(Surgā).de
luto culpe(⁊ ibo ad pr̄ez)p conatū ope
randi bū(⁊ dicā ei. Pater peccaui)re
cognoscēdo culpā ⁊ petēdo veniā(Cū
aūt adhuc lōge esset)attritus ⁊ nō pfe
cte cōtritus ad q̄ꝺ reqrit̄ gr̄a dei pueni
ens.iō ſb̄ditur(vidit illū pr̄ ipius) ocu
lo clemētie(et accurrēs cecidit sup col
lū eius ⁊ osculat⁹ est eū)in signū recōci
liatiōis pfecte.(⁊ dixit ad ſuos suos)i.
ecclie ministros q̄bus xp̄s p̄cepit beni
gne recipe penitētes ⁊ cōfitētes(Cito
ꝓferte stolā primā)administrando sibi
ecclie sacramēta vt sic prius sp̄ūaliter
adornet̄ (⁊ adducite vitulū saginatuz)
idest eucharistie sacramentū xp̄m cōti
nens imolatū(Et epulemur) q: pecca/
tor vere penitens de peccatis ad men/
sam xp̄i recipit̄ cuz alijs xp̄ianis(Erat
aūt filius eius senior in agro)p quē si//
gnificat̄ xp̄ianus pseuerans in iusticia
remisse tñ operando:⁊ talis aliquādo
mirat̄ q̄ deus magis respicit peccato/
rem cōuersum:dādo ei virtutem forti
us operandi sicut dedit sancto Boni/
facio martyri:⁊ tal' admiratio indigna
tio dici pōt large loquēdo:q: pabola q̄
est quedā similitudo non semp currit
omnimode. Pater aūt amouet hāc ad
mirationē seu indignationē quādo de
us per se vel per aliū ostendit iusto:q̄ꝺ
quicquid operatur iuste fit:licet homi
nibus aliquādo videatur aliter.

Questio fratris Antonij Betontini

Fili tu semp mecū es:⁊ omia mea tua
sunt. Lucc.xv.cap. Super quibus
merito est dubitandū. ¶ Quō iustus
frater receptiōi alteri⁹ fr̄is pctōris inui
deat? Hoc eteni mouit Damasuz papā
q̄ beato Hieronymo ait. Si āt vt ais.s.
de iusto ⁊ pctōre voluerim⁹ esse pabolā
iusto nō poterit conuenire vt de salute
alterius ⁊ fratris maxime cōtristet̄. Si
eni inuidia dyaboli mors introiuit in
orbē terraꝝ:⁊ imitant̄ eū q̄ sunt ex pte
eius:nūq̄z psone iusti tā inanis inuidia
poterit coaptari vt foris steterit ⁊ ele/

mētissimo patri rigidus obstiterit: solusq3 liuore cruciatus leticie domus intereisse noluerit. Cui btūs Hieronym⁹ respondet dicens Uideam⁹ quō super sancto generaliter ⁊ peccatore parabola ista possit itelligi ⁊ deteris: qn iusto coueniat non ambigimus. Illud est in q legētis scrupulus cōmouetur. Cū iust⁹ saluti peccatoris inuideat: et intantū iracundia repleat: vt nec fris misericordia: nec patris precibus: nec totius domus iocunditate superetur. Ad quod breuiter respondemus. omnem istius mūdi in iusticiam ad dei comparationem non esse iusticiam. Quomodo enim ex peccatis hierusalem: sodoma iusticatur: non quo ipsa sit iusta: sed quo maioribus delictis fiant minora delicta: ita ⁊ hoim vniuersa iusticia non est deo collata iusticia. Deniq3 Paulus qui dixerat: quicquid ergo perfectū hoc sapiamus: in alio loco confitetur et clamitat. O profundum diuitiarum sapientie et scientie dei: q̄3 inscrutabilia sunt iudicia eius: ⁊ inuestigabiles vie eius: Et alibi Ex parte cognoscimus: et ex parte prophetamus et nunc per speculum videmus in enigmate. Et ad Romanos: Miser ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius. Ex quibus omibus edocemur dei solius perfectā esse iusticiā: qui solem suū oriri facit sup iustos ⁊ iniustos: dat pluuiam serotinā ⁊ matutinā merentibus pariter ⁊ nō merētib⁹: q de vicis angulis ⁊ plateis inuitat ad nuptias. Et de intus quosdā iā q̄si securos expellit foras. Et ouē q ad exemplū filij penitētis ipsa redire non poterat: vel nolebat: q̄ritet inuenit: ⁊ inuentā suis humeris reportat: multū eni errādo laborauerat. Ut aūt doceamur in sanctos quoq3 cadere posse inuidiā ⁊ soli deo purā clementiam derelinqui: filiorum zebedei consideremus exemplu3 pro quibus cum mater mota pietatis affectu nimis grandia postulasset reliqui decez indignati sunt

Dominica tertia in xl. epistola Pauli ad ephesios. v. capitulo.

Fratres estote imitatores dei sicut filij charissimi[a]: ⁊ ambulate in dilectione[b]: sicut et xp̄s dilexit nos[c]: ⁊ tradidit semetipm pro nobis[d] oblationem et hostia3 deo[e] in odorē suauitatis[f]. Fornicatio[g] autem ⁊ omnis immūditia[h]:

Expositio litteralis

Apostolus paulus in hac lectione huius epistole instruit ephesios ī bonis moribus exēplo: ⁊ pmo ꝑponit exemplū imitabile dicēs. a Estote imitatores dei sic filij charissimi) q̄si dicat aliter essetis filij degeneres ⁊ per ꝯsequēs a deo reprobandi b Et ambulate) hic ꝯsequēter inducit ipos ad imitandū xp̄m q est exemplar verū: et pmo in feruore charitatis. Scdo in decore sctitatis ibi. fornicatio. Circa primū dicit. b Ambulate in dilectiōe) ꝓcedēdo per bona opera ad augumētū charitatis. c Sicut ⁊ xp̄s dilexit nos) ly sicut nō importat eq̄litatē sed quandā ꝯformitatem d Et tradidit semetipsum ꝓ nobis) q̄si dicat: ita debemus in necessitate ꝓ salute fratrum animas ponere. e Oblationē ⁊ hostiā deo) in cruce. f In odorē suauitatis) fuit eni illa oblatio deo acceptissima quia ꝓcessit ex maxima charitate. g Fornicatio) hic consequenter inducit ad imitandū xp̄i mūditiā. Secundo circa hoc remouet errorem ibi. Nemo vos seducat. Circa pmū dic Fornicatio aūt) q̄ est ꝯcubit⁹ soluti cū soluta h Et ois imūditia) vt p h̄ includāt oia ad viciū luxurie pertinētia

a Aut auaritia) .i. immoderata cocu/piscētia pecunie: vñ dicitur auarus: q̄/si eris auidus. b Nec nominet i vo/bis).i. sic a talibus sitis elongati q̄ nō possitis in aliquo notari c Sicut de cet, sanctos) idest christi/anos q dicū tur sancti q̄/si sanguine tincti: q: xpi sanguine re dempti.
d Aut tur/pitudo) i dis soluto gestu
e Aut stul/tiloquium) in turpi af/fatu.
f Aut scuri/litas).i. iocu laritas.

aut auaritia[a] nec no/minet in vobis[b] sicut decet sanctos[c]: aut tur pitudo[d] aut stultilog/um[e]: aut scurilitas[f] q̄ ad rem nō ptinet[g]: sed magis gratiarū actio[h] Hoc autē scitote intel ligētes[i]: q: ois forni/cator aut immūd[9] aut auarus: qd̄ est idolo[z][k] seruitus nō habet he/reditatē in regno xpi et dei. Nemo vos sedu cat inanib[9] verbis[l], p/pter hec eni[m] venit ira dei[n] in filios diffiden/tie[o] nolite ergo effici participes eorū[p]. Era/tis eni aliqñ tenebre[q] nunc autē lux in dño[r] vt filij lucis ambulate[s] fructus eni lucis[t] est in omni bonitate[v] et iusticia[x] et veritate[y].

Dñica tertia quadra gesime. Euāgeliū s̄m Lucam. xj. capitulo.

nibus verbis) dicere eni q̄ prouiden/tia dei non se extendat ad actus huma nos: est multū inane: quia sequeretur ipsū multa ignorare que nos scimus quod est inconueniēs sicut arguit phi losophus p̄/mo de aīa contra Em/pedoclem.
n Propter hec eni) q: aliqui crede bant deū fa/cta hominū non punire nec remune rare.
o Uenit ira dei) idest ei[9] vindicta.
p In filios diffidentie) idest sup illos qui diffidebant de diui/na remuneratione vt dictum est: et ta/les videt fuisse illi q perierunt in di/luuio. q Nolite ergo effici partici/pes eorū) in culpa ne sitis socij in pena r Eratis eni aliqñ teneb[re]) idest inuo/luti ignorātia tempore gētilitatis: et di cit tenebre in abstracto: ad designan/dum magnitudinem erroris: sicut de homine multum largo dicitur qd̄ est ipsa largitas. quasi dicat apostolus: nō est mirum si tunc eratis inuoluti enor mibus peccatis
s Nunc autem) idest post conuersio nem vestram ad christum estis
t Lux in domino) per claritatem grā tie et noticie: ideo concludit
v Ut filij lucis ambulate) proceden do de virtute in virtutem
x Fructus enim lucis) idest eius opus.
y Est in oi bonitate) quo ad seipsū
z Et iusticia) quo ad proximū.
et Et veritate) quo ad deū: fideliter ei seruiendo.

g Que ad rē non ptinet) .i. nihil valet: s; magis nocet. Si eni dica tur verbū iocosū pp̄ter causā aliquā recreationis honestā: nō nocet sed ma gis valet ad recreationē spirituū: vñ et iiij. ethico. circa hoc ponit a philoso/pho quedā virtus que dicit Eutrape/lia: qua aliqs scit conuertere dicta vel facta ad solatiū honestū. h Sed ma gis grārūactio) do et hoib[9] de bñficijs acceptis. Cōsequēter p̄dictorum viciorū ponit apl's causā dicens i Hoc eni scitote intelligētes) et patet littera: hoc excepto scilicet. k Aut auarus qd̄ ē ydolorum seruit[9]) nō p̄prie sed similitu/dinarie q: de cēsu facit deū suū ipm̄ ce teris preponēdo. l Nemo) hic con/sequēter remouet errorē: dixerūt eni aliqui q̄ prouidentia dei non se exten/dat ad actus humanos: in quorū pso/na dicit iob. xxij. capi. Circa cardines celi perambulat nec nostra considerat et per ɔsequēs nō punit facta hominū nec remunerat: hunc errorē remouet dicens. m Nemo vos seducat ina/

¶ Questio fratris Antonij betonti/ni sup epistolã beati pauli ad ephesios Ambulate in dilectione: sicut et xps di lexit nos ¶ In qbus verbis queritur Qd vitiũ qd ve peccatũ huic dilectiõi magis resi/stere videat? Ad qd bre/uiter respõ/detur: secun/dum doctri/nã sci Tho/me scda scde.q.lxxiij.ar.iij. Et docto/rem nostrũ durandũ pte tertia primi lib.distin.pma.q.vij. Qd peccata q cõ/mittunt in proximũ pensanda sunt se/cundũ nocumẽta que proximo inferũ/tur. Quia ex hoc habent ratiõné cul/pe. Tanto eni nocumẽtũ grauius est: quãto maius bonũ ex eo demit. Bo/nũ aũt hois triplex est. Anime.s.corpo/ris.et exteriorũ rerũ. Bonũ aie qd est maximũ nisi occasionaliter ab aliquo tolli nõ põt: puta p malã psuasionẽ: q necessitatẽ nõ videtur inferre: sed alia duo bõa possunt.s.corpis et rerũ exte/riorũ violenter auferri ab aliq. Sed qr bonũ corporis bono rerum exteriorũ pminet grauiora peccata sunt: qbus in fert nocumentũ corpi qz ea qbus infer/tur nocumentũ exterioribus rebus: vñ inter cetera peccata que cõmittunt in proximũ: homicidiũ grauius est per qd vita primi tollit: q actu existit. cõ/sequẽter aũt adulteriũ: qp est ptra debi/tũ ordinẽ generatiõis huane p quã est introitus ad vitã. Cõsequẽter aũt sunt exteriora bona: inter q fama pminet diuitijs eo qp ppinquior est spũalibus bo/nis vñ puerb.xxij.ca.scribit. Melius est nomẽ bonũ qz diuitie multe. Hec aũt fama per detractionẽ pprie denigrat. Uñ detractio scdm genus suum furto et alijs peccatis que erga res exterio/res committuntur grauior est. Quade re serta questione prima capitulo. De tractores: habetur. Detractores sunt qui doctorum vel bonorum (vt in capitu. Ex merito ponitur) vitã moresqz cor/rumpunt: his qui substantias aliorũ prediaqz diripiunt. Ipsi enim ea que extra nos sunt: licet nostra sint auferũt nostri quoqz detractores et nostrorum corruptores morum siue qui aduer/sus nos ar/mantur proprie nosipsos decipiunt. Et ideo iuste infames sunt: et merito ab ecclesia exteriores fiunt. et in caplo. Summa: dicitur. Sũma iniquitas est fratres detrahere et accusare. vñ scri/ptũ est: omnis qui detrahit fratri suo homicida est: et omnis homicida non habet partem in regno christi et dei.

a In illo tem/pore. Erat ihs eijciẽs demoniũ et illud erat mutũ. Et cum eiecisset demoni/um locutus est mutus et admirate sunt turbe

¶ Expositio litteralis.

a Erat iesus eijciens) Hic descri/bitur confutatio emulorum de/praua affectione facta christi peruerse depravando. Et primo describitur co/rum emulatio. Secundo corum cõfu/tatio: ibi. Ipse autẽ vt vidit. Circa pri/mum sciendum qp homines emulan/tes et pharisei adducunt hominẽ mu/tum demonium habentẽ. dicitur au/tem demonium mutum non formali/ter sed effectiue tantum. Ad cuius in/tellectum considerandum qp natura corporalis obedit spirituali ad motũ localem: voces autẽ significatiue for/mantur per motum lingue et labiorũ et aliorum instrumentorũ naturaliũ: et ideo quia demon pro voluntate sua potest ista localiter mouere: põt p lin/guã hominis diuersa formare verba. Et sic arepticij aliquãdo loquunt ydi/oma eis ignotũ sicut purus laicus lati/num: et hoc est manifestum signũ qp sic loquens sit demoniacus: quia talis lo/cutio non potest procedere nisi ab ali/

quo intellectu:et ideo cum non proce/
dat ab intellectu hominis tale ydio/
ma ignorantis:ſequitur ꝙ ꝓcedat ab
intellectu angeli vel demonis linguā
ſic mouētis: ⁊ ſicut demon poteſt mo/
uere linguā
ad loquen/
dum ydio/
ma incogni/
tum ita pōt
impedire li/
guaꝫ ne mo/

**Quidā autē ex eis di/
xerunt. In beelzebub
ꝑncipe demonioꝝ [a] ei
cit demonia. Et alij tē
tantes ſignum de celo**

ueatur ad loquendū idioma cognitū
⁊ ſic reddit hominē mutū (Et admira/
te ſunt turbe) q: admiratio conſurgit
ex inſpectiōe rei inſolite ꝙ fuit in pro/
poſito. a Quidā aūt ex eis dicebāt
in beelzebub principe demonioꝝ) Cir
ca qd̄ ſciendū ꝙ odiū et inuidia faciūt
interpretari facta in deteriorē partē et
⁊ peruerti iudicia: phariſei autē odie
bant xp̄m q: acriter arguebat eorū vi/
tia: vt patet per euangelij decurſum:
⁊ ideo miraculis a chriſto factis virtu/
te diuina dupliciter detrahebāt. vno
modo illa eſſe acta arte magica ⁊ eodē
modo eiectionē demonū factā ꝑ xp̄m
dicebāt fieri virtute cuiuſdā ſuperio/
ris demonis cuiꝰ inferiores obediebāt
ad nutū de corporibus exeundo: ſicut
enī in angelis ſunt ordines qm̄ alij ſūt
alijs ſuperioribꝰ: ſic in demonibꝰ cum
in eis remāſerint naturalia integra ſe/
cundū Dionyſium. Dicebāt enī phari
ſei ꝙ xp̄s habebat aliquē demonē ſu/
periorē quē vocabāt beelzebub ſibi fa/
miliarē ⁊ ꝓuatū et ſic demones inferio
res de corporibus obſeſſis eijciebat ꝑ
illū Sed iſtud rationabiliter reprobat
a xp̄o in hec lectione euāgelica. hec eti
am oīa patent Matthei. ix. ⁊ xij. capi.
Alio modo detrahebāt miraculis xp̄i
reputando illa parua eo ꝙ erant circa
inferiora cōiter: vtputa circa ſanitates
corporum ⁊ huiuſmodi: ⁊ ideo quere/
bant ab eo ſigna fieri circa corpora ce/
leſtia: ſicut tēpore Joſue ſol ſtetit im/
mobilis ad ſpacium vnius diei. vt ha/
betur Joſue. x. capitu. Et tempore eze
chie retroceſſit ſol decem gradibus vt
habetur Jſai. xxxviij. Et hoc notatur
cum dicit (Et alij tentātes. b Ipſe

**querebant ab eo. Ipē
autē vt vidit [b] cogita/
tiones eorū dixit eis.
Omē regnū in ſeipm̄ [c]
diuiſum deſolabitur:**

autem vt vi/
dit). Hic cō
ſequēter de/
ſcribit cōfu/
tatio mali/
gnantiū pre
dictoꝝ ⁊ pri
mo illorum qui opera xp̄i demoni at/
tribuebāt ⁊ diuidit in duas: quia ꝑmo
cōfutant verbo xp̄i eorum malitiā ar/
guentis: ſcd̄o mulieris deuote virtutē
xp̄i confitentis: ibi. Factum eſt autem.
Sentētia āt prime ꝑtis hec ē (Quidā)
ſcꝫ phariſei audiētes turbas. ſ. confitē
tes ip̄m eſſe xp̄m ꝓpter euidentiā facti
Dixerūt) hic nō eijcit demones niſi i
beelzebub ꝑncipe demoniorū) q: eniꝫ
factū mirabile negare nō poterant: iō
modū faciēdi calūniabāt dicētes ip̄m
per aliquē demonem ſuperiorē ſibi fa
miliarē ⁊ ꝓuatū eijcere demones infe/
riores de corporibus obſeſſoꝝ ſicut ſu
pra dictum eſt. (Ipſe aūt vt vidit cogi
tatōes eoꝝ dixit eis) Hic ponit calum
nie ꝯfutatō ⁊ oſtēdit ꝙ miracula q̄ faci
ebat non poterāt attribui ſpiritui ma/
ligno. Et diuidit in duas: q: ꝑmo oſtē
dit ꝓpoſitū per rationē: ſcd̄o iſtoꝝ ca/
lūniantiū excecationē: ibi. Cum autē
immūdus. Primū oñdit q̄ttuor ratio
nibꝰ. Prima rō talis eſt: q: ſi ꝑ demo/
nē aliquē eijciebat alios ſequit ꝙ diui/
ſio erat inter eos: ⁊ ſic non poſſet ſtare
diu poteſtas diaboli: ⁊ ex hoc ſequitur
aduētus r[illegible] ꝑ quē ꝑtās demonis erat
auferenda: ⁊ hoc eſt ꝙ dicit. c Om
ne regnū in ſe ip̄m ⁊c̄) patet lr̄a. Scd̄a
ratio ponit ibi: ſi aūt ego i beelzebub
eijcio demonia: q: non ſolū xp̄s eijcie/
bat demones: ſed etiā diſcipuli xp̄i in
noie eiꝰ: ⁊ nō ſolūmō diſcipli: ſꝫ cēt ali
q iudei q nō erāt xp̄i diſcipli ſm̄ ꝙ [illegible]

Marci.ix.capi. Uidimus quendā in noīe tuo eijcientē demonia q nō sequitur nos. Non poterāt aūt iudei dicere φ apl'i facerent miracula v̄tute magica cum essent simplices ⁊ illitterati. Et si diceret de aplis φ xp̄s docuit eos artem magicam: tñ non poterat dici de eis q non erāt eius discipuli. Cuz ergo eijcerēt demones ī noīe xp̄i vt dictū est: nec poterat hoc attribui spiritui maligno vt visum est. Itr̄ nec per ꝯsequēs eiectio demonū facta p xp̄m ⁊ hoc ē φ dicit a Si aūt i beelzebub eijcio demonia filij vr̄i) .i. apl'i q erāt d̄ femine iudeoꝝ vel alij iudei q nō seq̄bant xp̄m (in q̄ eijciūt) q.d. Cū nō possitis hec attribuere nisi v̄tuti diuine per ꝯn̄s nec eiectio facta p me vt pz ex dictis. b Ideo ipsi iudices vr̄i erūt) de aplis pz φ erūt iudices .i. assessores xp̄i in iudicio: vt habet Matthei.xix. capi. Cū venerit filius hoīs i sede maiestatis sue sedebitis ⁊ vos sup sedes duodeci iudicātes duodeci tribus israel Si aūt accipit p iudeis nō sequētibus xp̄m q tñ eijciebāt demones in noīe ei⁹ sic dicunt iudices alioꝝ nō credentiū q: ex facto coꝝ: alij ostēdent ꝯdēnabiles: q: nō crediderūt i xp̄m cui⁹ deitas declarata fuit p miracl'a in v̄tute ei⁹ facta c Porro si in digito dei eijcio demonia) sicut cōclusuz ē ex p̄dictis.
d Profecto puenit i vos regnū dei) .i. xp̄s cuius regnū erat a d̄o p̄missū. isa. ix. Et regni eius nō erit finis. ⁊ istud regnū expectabāt iudei: tñ i hoc erāt decepti q: credebāt istō regnū tp̄ale: quē errorē excludit xp̄s dicens iohannis xviij. capi. Regnū meū non est de hoc mūdo) Hic ponit tertia ratio ostēdēs xp̄m nō virtute demonis eijcere dmonia cū dicit (Cū fortis armatus) .i. diabolus (custodit atriū suum) .i. hominē peccatorez in quo habitat vt i domo (In pace sūt oīa) q: nō est potestas maior sup terra vt scribit Job xlj. ca. Non est ptās sup terrā que ei cōparet. Atriū autē eius est homo obsessus in quo habitat sicut in domo
e Si aūt fortior illo superueniens vicerit eum vniuersa arma ei⁹ aufert in q̄bus cōfidebat ⁊ spolia ei⁹ distribuet
f Uniuersa arma eius) .s. diaboli sūt peccatores qui a xp̄o diripiunt quando de potestate demonis per ipsuz eripiuntur. Ex quo concluditur φ ipse sit vere christus: quia in aduentu christi potestas demonis erat diminuenda ⁊ arcenda. Quartam rationem ponit ibi. g Qui non est mecum) et talis est voluntas eius q obedit alicui et est conformis voluntati illius cui obedit saltem in facto: et ideo si christus i virtute demonis faceret miracula: sequeretur φ christus et demon essent concordes in factis. Hoc autem patet falsum: quia facta christi et doctrina erāt ad retrahendum homines a peccatis. Facta autem demonis sunt ad distrahendum homines per peccatum. Ex quo sequitur φ christus homo nō operabatur i virtute demonis ⁊ hoc est q̄d dicit (Qui non est mecū) .s. per concordiam in facto ⁊ voluntate.

⁊ domus supra domū cadet. Si autez ⁊ sathanas in seipsuz diuisus est quomodo stabit regnuz ipsius quia dicitis i beelzebub eijcere me demonia? Si autē ego i beelzebub eijcio demonia filij vestri [a] i quo eijciūt? Ideo ipsi iudices vestri erunt [b]. Porro si in digito dei eijcio demōia [c] p̄fecto puenit in vos regnuz dei [d]. Cū fortis armat⁹ custodit atriuz suū in pace sunt omnia que possidet. Si autez fortior illo superueniens vicerit eum [e]: vniuersa arma eius [f] aufert in quibus confidebat: ⁊ spolia eius distribuet. Qui nō est mecū [g]:

aduerſum me eſt[a]: et qui non colligit me//cum[b] diſpergit[c]. Cum immundus[d] ſpiritus exierit ab homine ambulat per loca arida[e] et inaquoſa querens requirez et nō inueniens.[f] dicit: Reuertar in domum meam[g] vnde exiui. Et cum venerit inuenit eam vacantem ſcopis mundataz et oꝛnatam: et tunc vadit et aſſumit[h] ſecum ſeptem alios ſpiritus nequioꝛes ſe ⁊ ingreſſi habitant ibi. Et fiunt nouiſſima homi//nis illius peioꝛa pꝛioribus. Factum eſt au//tem[i] cum hec diceret: extollens vocem[k] quedam mulier[l] de turba dixit illi. Beatus venter qui te poꝛtauit[m].

a Aduerſuz me eſt) et huiuſmōi eſt diabolus vt patet ex dictis. a Et qui non colligit mecū).ſ. fideles ad vnitatem fidei reducendo. b Diſpargit) hic eſt diabolus qui diuerſas ſectas ⁊ hereſes ⁊ ſciſmata quantuz poteſt introducit.

c Cum autem immūdus) hic ponitur coꝛuz excecatio et poſſeſſio a diabolo Ad cuius euidentiam ſciendū qꝺ poteſtas diaboli fuit eiecta quodaz modo a populo iudaico per legis dationem que excludebat cultum demonū et inducebat ad colendum vnuz deum verū et ſic eiectus trāſijt ad poſſidendū plenius gentiles ſine lege ⁊ ꝓphetarū oꝛaculis viuentes: et ideo eos tenebat in ydolatria ſubiectos: ſed adueniente xp̄i ꝑdicatione et apoſtoloꝛū iudei pꝛo maioꝛi parte fuerunt incredulı: gentiles autē deuote fidem xp̄i et apoſtoloꝛū acceperūt: et ſic diabolus eiectus ab eis fidē xp̄i reuerſus eſt ad poſſidendū populū iudaicū erroꝛe excecatum: ⁊ ſic facta ſunt nouiſſima huius populi iudaici peioꝛa ꝑoꝛibus q̄a ſtatus populi peioꝛ eſt modo q̄z fuerit a pꝛincipio ante legem datā: hoc eſt ergo qꝺ dicit) Cum autē immnudus ſpiritus exierit ab homīe).i. a populo iudaico viuente ſub lege nature quia eiectus eſt per ſuſceptionē legis moſaice d Ambulat per loca arida ⁊c̄) i. i ipſis perpetuā manſionē. e Et non inueniens) quia ꝑdicantibus apoſtolis inde eiectus fuit. f Dicit Reuertar in domum meam) ideſt iudaicum ꝓplm. g Et veniens inuenit eam vacantem) .i. fide et bonis operibus vacuā (ſcopis mundatā) quia populus iudaicus habebat quandam exterioꝛem mundiciā et oꝛnatū ꝓpter legis apparentiam.

h Tunc vadit ⁊ aſſumit ⁊c̄) per hoc qꝺ dicit ſeptem alios intelligit vniuerſitatē vitioꝛum hoc eſt dictuz qꝺ ante legē datam fuerunt peccatis irretiti ⁊ a diabolo poſſeſſi ſed poſt aduentum chꝛiſti in peccato ſuo obſtinati ſunt peioꝛes facti: quia ex ingratitudīe peccata coꝛum ſunt quaſi duplicata et hoc loquendo quaſi de vno homine dicit per ſimilitudinē vt intelligatur de toto populo iudaico: i Factū eſt autē) hic ponitur confutatio pꝛedictoꝛū verbo mulieris virtutem chꝛiſti cōſtentis cū dicit) Factuz eſt autē cum hec diceret) ſcilicet chꝛiſtus reſpondens blaſphemijs iudeoꝛum.

k Ettollens vocem) ideſt ex coꝛde et conſtanter alte pꝛoferens laudem chꝛiſti contra vituperiū iudeorum.

l Quedam mulier) iſta a ſanctis doctoꝛibus dicitur fuiſſe ſancta marcella famula beate Marte ſoꝛoꝛis Lazari.

m Beatus vēter qui te poꝛtauit) matrem beatificat et laudat ex filio et nō econuerſo: quia ab illo pꝛouenit gratia et gloꝛia pꝛincipaliter ratione deitatis: et inſtrumentaliter ratione humanitatis: quia humanitas chꝛiſti eſt oꝛganum coniunctum ipſius deitatis

a At ille dixit) cōmendādo fidem et ꝯstantiā mulieris et aliorꝫ cōsimilium b Quinimo beati qui audiūt) Istud quinimo non dicit aduersatiue sed cō comitatiue: quasi diciat: nō solū illa q̄ me portauit beata ē: sed etiā qui audiunt verbū dei corde credētes ꝛ opere adimplētes

et vbera q̄ suxisti. At ille dixit. Quinimo Beati qui audiunt verbū dei et custodiūt illud.

: vnde dicit beatus Augustinus libro de virginitate: ꝙ beata Maria felicius cōcepit deum mente per fidem q̄ꝫ corpore per carnis assumptionē.

Expositio moralis.

Et erat iesus eijciēs demoniū et illud erat mutū). s. effectiue tantū eo ꝙ obsessum ab eo fecerat mutum. Hoc autē fit spiritualiter quādo gratiam habens pdicandi vel ecclesiā officiandi cessat ab istis instigāte diabolo quasi mutus: sed cum gratia dei visitatur: eijcit demon et os eius ad predicandū et ad laudandū deum aperitur Per illos autē qui dicebant in beelzebub ꝛc: significant maledicti qui peruertūt aliorū bona(Et alij tētantes signum de celo querebant) per istos significant doctores ꝛ studentes nimis curiose scrutantes diuina ꝑpter ꝙ opprimunt a gloria(Omne regnū) per qđ significat ois ꝯgregatio carēs ꝯcordia in qua sūt duo sathane: q̄rꝫ qlibet nitit partē suā augmētare vt sic possit alteri ꝑualere(Cū fortis armatus) hoc literaliter exponit de diabolo. Moraliter pōt exponi de pctōre obstiato q de fendit pctm̄ suū ꝯtra reprehendentē sic Saul cōtra Samuelē pmi Regū .xix. ca. Sed aliqn̄ talis dei adiutorio vincit q:(aufert arma sua) rōnes qbus defēdit pctā(Et spolia distribuit) qn̄ eius actus ꝛ mēbra ad bonū cōuertit(Cū immundus spūs exierit ab hoīe) .i. pcti carnalis appetitus q exit ꝑ ꝟtutē penitētie(ambulat ꝑ loca arida) .i. per corda humana mollicie carētia: in qbus fornicatiōis spūs requiē non inuenit. Et tunc ad pristinū locum redit: qn̄ penitēs patit recidiuū(Et tūc fiūt eius nouissima peiora prioribus) quia ꝑpter ingratitudinē doni penitentie pcedētis aggrauatur peccatū(Extollens vocē quedā mulier(per quā significat quelibet persona beate virgini deuota(At ille dixit quinimo ꝛc) per que significauit christus beatā virginem se concepisse felicius per fidē et deuotionē spiritualiter q̄ꝫ corporaliter. ꝛ hoc dicit Augustinus in libro de virginitate.

Feria secunda post tertiā dominicam .xl. Euangelium secundū lucam .iiij. capi.

¶ Questio fratris Antonij betontini. In beelzebub principe demoniorꝫ eijcit demonia Luce x). ca. In quibus verbis querit. Utrū detractio gn̄ale viciū appellet? Alexan. nr̄ antiquus in scdo suo volumine ait. ꝙ lꝫ ipa inuidie filia sit: tn̄ est ita pīculosa ꝙ ea fere totū genus humanū piclitat. Un̄ glosa sup illud ꝑuerbi .xxiiij. ca: Cū detractoribus ne cōmiscearis taliter inquit. Hoc specialiter vitio piclitat fere totū genus humanum: ꝛ hoc ideo dicit: tū quia pauci per viā salutis amublāt: tum q: pauci vel nulli sunt qui nō aliqn̄ ex animi leuitate aliqd dicāt: vnde in aliq̄ vel leuiter fama alterius minorat. Idcirco Hieronymus ait Raro inuenies ꝙ aliquis ita irreprehensibilē velit exhibere vitā suā vt nō libenter reprehendat alterā. Un̄ ꝛ iudei quāuis legē se obseruare oñderēt: quāuis stupenda ꝛ sup naturā miracula xp̄i viderēt: tn̄ sibi ꝯtrahendo dicebāt. In beelzebub pncipe demoniorꝫ ꝛc. Expositio litteralis.

Hic euāgelista adducit rōnē pharisæorꝫ ꝯtra xp̄m a minori ad maius dicēs: sic fecisti miracla in caphar

naum ⁊ nō tm̄ ibi sed alibi: fac ⁊ hic in sua patria tua: ⁊ adducūt similitudinē in hoc ca. Medice cura teipsum: sicut enim medicus verus citius ⁊ libētius se ipsum curat ⁊ alios ad se ptinentes ꝙ̄ extra eos: ita

In illo tēpore dixerūt pharisei ad ihm̄. Quāta audiuimꝰ facta i capharnaum: fac ⁊ hic in patria tua. Ait aūt. Amē dico vobis quia nemo propheta acceptus est in patria sua. In veritate dico vobis. Multe vidue erant in diebus Helie in isrl': qn̄ clausum ē celū ᵃ annis tribus: ⁊ mensibꝰ sex: cum facta esset fames magna in omni terra.

dicebant ei. Si tu faceres vera miracula: citiꝰ faceres ea inter ppinqs tuos ⁊ in ciuitate tua ꝙ̄ inter extraneos: sꝫ ipse consequēter respondit. Quia nō dimittebat inter eos facere miracula ex impotentia vel falsitate aliqua sed ex eorum malicia: ⁊ ad hoc inducit sacre scripture exempla cū subdit (In veritate dico vobis. a Multe vidue erāt in diebus Helie in israel qn̄ clausum est celū) ozonibus helie vt habet tertij regū. xvij. ca. Ubi ista historia diffuse tractat. Additio. Que hic p declaratione maiori ponit qm̄ Achab filius amei fecerat malum in cōspectu dn̄i super om̄es reges qui fuerant ante eum: Ideo deus duxit in terrā illam sterilitatē et hoc Helias tesbites nunciauit. Dixit helias tesbites ad achab. viuit dn̄s deꝰ israel in cuiꝰ cōspectu sto: si erit ānis his ros ⁊ pluuia nisi iuxta oris mei verba. et factū ē verbum dn̄i ad cū dicens. s. ad heliā. Recede hinc et vade cōtra oriētē abscōdere in torrente carith q est cōtra iordanem ⁊ ibi de torrēte bibes: coruisqꝫ p̄cepi vt pascāt te ibi. Abijt ergo et fecit iuxta verbuꝫ dn̄i. Cūqꝫ abijsset sedit in torrente carith: q est ꝯtra iordaneꝫ Corui qqꝫ deferebāt ei panē et carnes mane similiter panē ⁊ carnes vesperi ⁊ bibebat de torrente. Post dies aūt aliquot siccatus est torrēs: nō eni pluerat sup terrā. Factus ē ergo sermo dn̄i ad heliam dicēs. Surge et vade in sareptā sidonioꝝ: ⁊ manebis ibi p̄cepi eni mulieri vidue vt pascat te. Surrexit ⁊ abijt in sareptā sidonioꝝ. Cuꝫ venisset ad portā ciuitatis apparuit ei mulier vidua colligens ligna: ⁊ vocauit eā dixitqꝫ ei. Da m̄ paululum aque in vase vt bibā. Cunqꝫ illa pgeret vt afferret: clamauit post tergum dicēs. Affer mihi obsecro et buccellā panis in manu tua. que rn̄dit. Uiuit dn̄s deus tuus: quia nō habeo panē nisi ꝙ̄tū pugillus capere pōt farine in hidria ⁊ paululū olei in lechito En colligo duo ligna vt ingrediar ⁊ faciā illud mihi et filio meo vt comedamus ⁊ moriamur Ad quā helias ait. Noli timere: sꝫ vade et fac sicut dixisti. Uerūtn̄ mihi pmuꝫ fac de ipsa farinula subcinericiū panē paruulū: ⁊ affer ad me: tibi autē ⁊ filio tuo facies postea. Hoc autē dicit dn̄s deus israel. Hidria farine non deficiet: nec lechitus olei minuet vsqꝫ in diē in qua dn̄s daturus ē pluuiā sup faciē terre. que abijt ⁊ fecit iuxta verbū helie Et comedit ipe et illa ⁊ domꝰ eius. Et ex illa die hidria farine nō defecit: ⁊ lechitus olei nō est imminutꝰ iuxta verbū dn̄i qd locutꝰ fuerat in manu helie. Factum est aūt post verba hec: egrotauit filius mulieris matrisfamilias: et erat lāguor fortissimus: ita vt nō remaneret in eo halitus. dixit ergo ad heliā quid mihi et tibi vir dei: ingressus es ad me vt rememorarēt iniqtates mee et iterficeres filiū meū Et ait ad eā helias: da mihi filiū tuū. Tulitqꝫ euꝫ de sinu eius et portauit in cenaculum vbi ipse manebat: et posuit super lectum

suum clamauit ad dn̄m et dixit. Dn̄e deus meꝰ etiā ne viduā apud quā ego vtcunqz sustentor afflixisti vt interficeres filiū eius: et expandit se atqz men/sus est sup puerū tribus vicibus et cla/mauit ad do minū et ait: dn̄e deꝰ me/us reuertat obsecro aīa pueri huius in viscera eiꝰ: ꝛ exaudiuit dn̄s vocē he/lie: ꝛ reuersa ē aīa pueri intra eū ꝛ reuixit Tulitqz helias puerū ꝛ deposuit eū de cenaculo in inferiorē domū et tra//didit matri sue: et ait illi. En viuit fili/us tuus. Dixitqꝫ mulier ad heliā. Nūc in isto cognoui qm̄ vir dei es tu ꝛ verbū dn̄i in ore tuo verum est.

et ad nullam illarum missus est helias[a] nisi in sareptam Sidonie ad mulierē viduā. Et multi leprosi erāt i is//rael[b] sub Eliseo ppha ꝛ nemo eorū mūdatus est nisi Naamā sirus[c]

Expositio litteralis

a Et ad nullā illaꝝ missus est helias) quia nō erāt ita deuote sicut illa mlier gentilis sareptana. Et qꝛ Helias pse/qutionē patiebat in terra israel que ħ/buisset sibi esse grata. b Et multi leprosi erant in israel: et nemo illorū mūdatus est) ꝑpter coꝝ ingratitudinem erga deū qꝛ regnum israel declinaue/rat ad idolatriā colēdo vitulos aureos quos fecerat Hieroboā. c Nisi Naaman sirus) cuiꝰ historia ponit .iiij. Re/gum .v. c. Additio Et hic ꝑ declaratione textus euangelij apponit q̄ talis est Naaman pnceps militie regis sirie erat vir magnus apud dn̄m suū et ho/noratus per illū eni dedit dn̄s salutem sirie: Erat autē vir fortis: ꝛ diues sed le/prosus porro de siria egressi fuerāt la/trunculi: et captiuā duxerant de terra israel puellā paruulā: que erat in obse/quio vxoris Naamā: que ait ad dn̄am suam: vtinā fuisset dn̄s meus ad ꝑphetam qui est in Samaria: ꝑfecto curas/set eum a lepra quā habet. Ingressus est itaqz Naamā ad dn̄m suū: et nūcia/uit ei dicens. Sic et sic locuta est puella de terra israel. Dixitqz ei rex sirie Uade et mittā litteras ad regē israel: qui cū ꝑfectus esset et tulisset secū decem talēta argenti ꝛ sex milia aureos et decē mutatoria vestium detulit litteras ad regē israel in hec verba. Cū ac/ceperis epi/stolam hāc: scito qꝫ mise ri ad te Naaman seruū meum vt cures eū a lepra sua. Cūqz legisset rex is//rael lr̄as scidit vestimēta et ait. Nūqd deus ego sum vt occidere possim et viuificare qꝛ iste misit ad me vt curē ho/minē a lepra sua? Animaduertite et vi dete q̄t occasiōes querat aduersū me Qđ cum audisset heliseꝰ vir dei scidis/se videlicet regē israel vestimenta sua: misit ad eum dicens. Quare scidisti vestimēta tua? Ueniat ad me et sciat eē ꝑphetā in israel. Uenit ergo Naamā cū eqs ꝛ curribꝰ suis et stetit ad hostiū domus helisei: misitqz ad eū heliseus nunciū dicēs. Uade et lauare septies i iordane et recipiet sanitatē caro tua atqz mundaberis. Iratus Naamā rece/debat dicens. Putabā qꝫ egrederet ad me et stans inuocaret nomē dn̄i dei sui et tangeret manu sua locū lepre et cu/raret me. Nunqd nō meliores sūt abana ꝛ pharfar fluuij damasci oibus aqs israel vt lauer in eis et mūder: Cum ergo vertisset se et abiret indignans ac//cesserūt ad eum serui sui: ꝛ loquuti sūt ei. Pater ꝛ si rē grandē dixisset tibi ꝑ/pheta certe facere debueras: q̄nto magis qꝛ nūc dixit tibi lauare ꝛ mūdabe/ris. Descēdit et lauit septies in iordāe iuxta sermonē viri dei: ꝛ restituta ē ca/ro eius sicut caro pueri puuli ꝛ mūda/tus est Reuersusqz ad virū dei cū vni/uerso comitatu suo: venit ꝛ stetit corā eo et ait: Uere scio qꝫ nō sit alius deus in vniuersa terra nisi tantū in isrl̄. Obsecro itaqz vt accipias benedictionē a seruo tuo. At ille rn̄dit. viuit dn̄s ante

quē sto:q3 nō accipiā. Cūq3 vim faceret penitus nō acquieuit. Dixitq3 Naamā vt vis. Sed obsecro cōcede mihi suo tuo vt tollā onus duorū burdonū d' terra. Nō eni faciet vltra seruus tuus ho/locaustū aut victimā dijs alienis nisi dño:hoc autē solū est de quo depcce//ris dominū p seruo tuo quādo igre/diet dñs meus templū Remmō vt adoret et illo innitēte sup manū meam: si/ado:auero in templo Remmon: ado/rante eo in eodē loco:vt ignoscat mihi dñs seruo tuo p hac re. Qui dixit ei: vade i pace Abijt ergo ab eo electo tpe

Expositio litteralis.

Ubi describit bonitas eius ante curationē cū dicit:p illū enim dedit deus salutē sirie:et post curationem:fuit adhuc melior et valde gratus deo et Heliseo vt habet ibidē. a Et repleti sūt oēs in synagoga ira) q3 pponabat eis gentiles quos abhominabant sicut canes. b Et eiecerūt illū extra ciuitatē) tanq3 dignū morte vt illū interficerent vt patet in littera. c Ipse autē transiens per mediū illorū ibat) virtu/te diuinitatis:qua poterat se sic serua/re illesum quando volebat. Dicit autē Beda:q cū dominus de manibus eorum lapsus de vertice mōtis descēde/ret:⁊ sub rupe latere vellet: subito ad tactū dñice vestis saxū illud subterfu/git:⁊ instar cere solutū quendā sinum effecit idest cōcauitatē in quo domini/cū corpus reciperet:in quo loco oīa liniamenta et ruge vestis et vestigia pedum in rupe apparent adhuc sicut testantur qui viderunt.

¶ Expositio moralis

Et repleti sunt omnes in synago//ga ira ⁊c.) Per istos significantur illi qui p̄dicatores veritatis psequun/tur eo q dicunt eis displicētia (Ipse autē transiens per mediū illorū ibat) non pcutiens illos:aut impellens nec aliq modo se vindicans:in hoc docens p̄/dicatores e/uangelij: vt nō querant vindictā de iniurijs fa//ctis sibi.

Et repleti sunt oēs in synagoga ira[a]: hec audientes. Et surrexerūt et eiecerunt eum extra ciuitatem[b]: et duxe//runt illum vsq3 ad su/percilium montis: su/per quem ciuitas eo//rum erat edificata: vt precipitarēt eum. Ip/se autem transiēs per medium illorū ibat[c].

¶ Questio fratris Antonij betōtini

Ipse aūt transiens p mediū illorū ibat Luce.iiij.ca.

In quibus verbis querit. Utrū nō resistere detractoribus sit mortale peccatū? Ad q irrefragabilis doctor Alex. de ales ait:q si quis detractorib' non resisteret cū deberet:hoc ē:aut rōne officij:aut rōne imminētis piculi:aut rōne timoris hūani:ppter q cōtra dei p̄/cepta facere nō licet:mortaliter deum offenderet si faceret. Unū apoca. xxi.ca scribit. Timidis erit pars in stagno ardenti igne ⁊ sulphure. Uerū si qs hoc ex rōnabili causa pageret: minie mortaliter peccaret: q3 teste Hieronymo. Frustra niti et nihil aliud q3 odiū qrere/ret:extreme demētie est ⁊ xxiiij.q.iij.c. Nō in ppetuū:scribit. Et sūt vba rabani de psturis ecclīasticis:q taliter inqt Multi sacerdotū culpā zelo dei pseq se psitent:sed dum indiscrete hoc agit: sacrilegij facinus incurrūt: et dū pci/pites qsi ad emēdandū ruunt:ipi qq3 multo magis deterius cadūt. Idcirco dñs audiēs ciues suos Nazareth.ex i/uidia habitatorib' facta i capharnaū ōtrahētes atq3 dicētes. Quāta audiuimus facta i capharnaū:fac ⁊ hic in patria tua:suisq3 iustis respōsionib' non mō esse conuictos sed ira turbatos:et ad sui necē esse dispositos donare.vo/lēs nobis exemplū fugiendi detractores atq3 maleficos:trāsiēs p mediū illo

rum ibat: idest abscōdit se. in quo ſm Criſoſtomū: et que ſunt humanitatis et que ſunt diuinitatis oſtendit. Stare eni in medio inſidiantiū: et non apprehendi: diuinitatis eminentiā oſtēdebat. Abſcondi vero diſpenſationis apparebat miniſterium.

Feria .iiij. poſt tertiam dñicā .xl. Euāgelium ſm Matheū .xviij. ca.

In illo tēpore. Reſpiciēs ieſus in diſcipulos ſuos dixit Simoni petro. Si peccauerit[a] in te frater tuus: vade et corripe eum inter te et ipſum ſolum[b]. Si te audierit lucratus eris fratrem tuum[c]. Si autē te non audierit[d].

Expoſitō litteralis.

a Si peccauerit) hic cōſequēter oſtēdit ꝙ debemus eſſe beneſici primo ex parte aīe in affectu: et hoc dupliciter. Primo defectus eoꝝ charitatiue corrigēdo ⁊ ſcđo offenſam miſericorditer remittēdo. ibi. iterū dico vobis. Ad pmi euidentiā notandū ꝙ duplex eſt correptio: vna que eſt ad peccantis punitionē ꝓpter cōſeruationē iuſticie: et iſta nō ordinat ſemp ad correctionē delinquētis. q: aliqñ ſibi inſligit pena mortis: ⁊ ideo pncipaliter eſt ad cōſeruationē iuſticie ⁊ ad terrorē aliorū: et talis correptio nō ꝑtinet ad ſingulares ꝑſonas ſed ad iudicem ad quē pertinet ꝯſeruare iuſticiā inter homines: et ꝓpter hoc talis correptio eſt actus iuſticie. Alia eſt correptio que ordinat ad fratris peccātis emendationem: et hec eſt actus charitatis ⁊ pertinet ad oēs: q: dicit in eccleſiaſtico vnicuiq; mandauit deus de ꝓximo: ⁊ ideo ſicut qlibet tenet ꝓximū ex charitate diligere: ita tenet defectus eius charitatiue ad emendationē eius corrigere: ſi tamē ꝓbabiliter credat ꝙ ex ſua correctione debeat ſe emendare: ⁊ de tali correctione loquit hic ſaluator nō de pma que eſt actus iuſticie. Tangit autē debitū modū huius correctionis dicēs. b Si peccauerit in te frater tuus) ⁊ intelligit iſtud in te dupliciter: vel q: te ſolū leſit: vł q: te ſolo ſciente peccauit Si eni alios lederet vel coram alijs peccaret: tūc nō haberet locum illud ꝙ ſubditur. b Vade ⁊ corripe eū inter te ⁊ ipm ſolū) qa peccata publica ſunt in publico arguenda: ſm ꝙ dicitur prime ad Thimotheū .v. capi. Peccantē coram oībus argue: vt ceteri timorē habeant: ſed qñ ſunt ſecreta tunc habet locū correctio fraterna que eſt actꝰ charitatis: que debet fieri primo in ſecreto cuius ratio eſt: ſicut eni medicus corporalis ſi debito modo ꝓcedat: nititur inducere ſanitatē cū minori diſpendio corporis vt ſine mēbri abſciſione: ⁊ ſi nō poſſit tūc abſcindit mēbrū minus nobile vt conſeruet magis nobile vel totū corpus: ſic ille q fratrem peccantē occulte corripit charitatiue debet tentare ſi poſſit fratrē emēdare abſq; detrimēto ſue fame: q: fama cōputatur inter maiora bona hominis citra virtutes: ⁊ ideo corrigens fratrē debet quantū pōt conſeruare eius famā. Alia cauſa eſt q: amiſſa fama vł leſa efficit homo inuerecūdus: ⁊ ꝑ cōſequēs minus a peccato retrahit q̄; prius. Eſt ergo debitus ꝓceſſus in correctiōe charitatiua vt homo corrigat fratrem ſuum inter ſe et ipm ſolum vt ſic poſſit eū ſaluare cum omnimoda integritate ſue fame: ⁊ hoc eſt ꝙ ſequit.

c Si te audierit lucratus eris fratrem tuū) eum ſcilicet cum integritate fame ad ſalutem reducendo.

d Si autē te nō audierit) quia enim fama minus bonum ſit q̄; bona vita. ſi non poſſit ſeruari bona vita fratris ſine detrimento ſue fame: tūc ꝓcedēdū

est ad salutē bone vite cum aliquali le/
sione sue fame: ⁊ ideo adducendus est
vnus alius vel duo ad sciēdum scȝ fra/
tris delictū: ⁊ vt corā eis arguatur: et si
se nō correxerit. tūc simpliciter cōtem
nenda est eius
fama vt con
seruet bona
vita. vel sal//
tem ordo iu
sticie ad ter/
rorēȝ aliorū:
et hoc est qd̄
sequitur.
a Quod si
eos non au/
dierit) se cor
rigendo.
b Dic eccle
sie) idest pre
lato p denū/
ciationē pu/
blicaȝ: et tūc
sunt testes inducendi ad facti probati
onem qui prius fuerant inducti ad fra
tris secretam correctionē. c Si aūt
ecclesiam nō audierit) preceptū prelati
ɔtēnendo. d Sit tibi sic ethnicus ⁊
publicanus) idest separetur ab aliȷs fi
delibus per excōmunicationem ⁊ cen
suram ecclesiasticam: et q̄ talia possint
prelati ecclesie inferre subditur.
e Amen) idest fideliter. f Dico vo
bis quecunqȝ ligaueritis) quia deus ta
lem punitionem approbat: si iudiciuȝ
ecclesie non errat. Considerandum ta
men circa predicta q̄ si peccatum oc/
cultum fratris fuerit in preiudiciū cō/
munitatis: vt si aliquis tractaret secre/
te cū aliquibus ciuibus qualiter ciui/
tas esset hostibus tradenda: vel si aliqs
hereticus in secreto corrumperet fide/
les: tunc secreta correctio vel admoni/
tio non esset expectāda: sed statim esset
p̄lato denunciandū. qui posset tali pe/
riculo precauere. Et idem iudiciuȝ de
consimilibus casibus est habendum.

adhibe tecum adhuc vnū vel duos vt in ore duorū vel triū testiuȝ stet omne verbū. Qd̄ si nō audierit[a] eos dic ecclesie[b]. Si autem ecclesiam nō audierit[c]. sit tibi sicut ethnicus et publicanus[d]. Amē[e] dico vobis[f]: quecūqȝ ligaueritis super terram erunt ligata et in celo: et quecūqȝ solueritis super terraȝ erūt soluta et in celo. Iteruȝ dico vobis[g]: quia si duo ex vobis cōsenserint[h] super terraȝ de omni re quācunqȝ petierit fiet illis[i] a patre meo qui i celis est. vbi enim sunt duo vl' tres congregati[k] in nomie meo: ibi suȝ in medio eorum[l]. Tūc accedēs ad eum petrus[m] dixit Domie quotiens peccauerit i me frater me/

g Iterum dico vobis) Hic cōsequen
ter ostendit q̄ non solum debemus fra
trem corripere sed etiam offensam no
bis illatam remittere. Et diuidit in du
as partes: quia primo facit q̄ dictum
est: secundo
ostēdit quo/
tiens sit of//
fensa fratris
remitten //
da. ibi. tunc
accedens: di
cit igitur p/
mo.
h Si duo
ex vobis cō/
senserint) in
animo. s. of/
fensaȝ sibi in
uicē remittē
do. i De
omni re quā
cunqȝ petie
rint fiet illis) quia oratio nō est accepta
corā deo si teneat odiū contra fratrem
in animo: propter qd̄ subdit k Ubi
eni sunt duo vl' tres congregati) .i. cha
ritate vniti. l In medio eorū sum)
acquiescēdo bone volūtati et petitioni
eorundē: dū tamē illa oratio habeat cō
ditiones cōuenientes que ad hoc req/
runt. s. q̄ aliquis oret pro se pie et per
seueranter: his eni cōcurrentibus sem
per oratio exaudit. Et si aliquādo dif
fertur. tamē tempore cōpetenti imple
tur sicut habet. cap. vȷȷ. Aduertenduȝ
tamē q̄ licȝ offensa sit semp remitten/
da. nō tn̄ iniuria. Si eni ex remissione
iniurie et pene debite sequeret pronu/
tas in eo cui remittitur ad facilius pec
candū: nō esset bonū ei remittere. simi
liter si ex tali remissione esset scandalū
aliorum et omissio iusticie ⁊ in cōsimi/
libus casibus. m Tunc accedēs ad
eum Petrus) Hic ostenditur quotiens
sit fratri remittendū. Circa quod ad
uertendum q̄ sicut frequenter dictuȝ

est Petrus tanq̄z p̄ncipalis aliquando loquebat̄ pro se et pro alijs: et ideo au/dito a saluatore q̄ offensa fratris peccā/tis esset remittenda: interrogauit quotiens esset remittēda fratri: et hoc pe/tijt si suffice/ret ad salutē dimittere se/pties.

us dimittam ei vsq̄z se/pties? Dixit illi iesus[a] Non dico tibi vsq̄z se/pties sed vsq̄z septua/gies septies.

a Dixit il/li ih̄s) q̄ nō sufficeret di/mittere sep/ties sed vsq̄z septuagies septies: et po/nit̄ hic nūerus determinatus p̄ inde/terminato: ac si diceret. totiens quoti/ens: vt dicit Augustinus.

¶ Expositio moralis.

SI aūt peccauerit in te frater tuus) idest te sciente. vn̄ Aug. Quid est in te peccauit. nisi tu scis q: peccauit. (vade ⁊ corripe eū inter te ⁊ ip̄m solū) Jhiero. Corripiendus eni est seorsum frater ne si semel verecūdiā amiserit p/maneat i peccato (Si te audierit lucratus eris fratrē tuū) per salutē eni alte/rius nobis quoq̄z acquirit̄ salus (si aūt nō audierit adhibe tecū vnū vel duos) glo. vt si dixerit nō esse peccatū p̄bent illud esse pctm̄ (Q̄d si nō audierit eos dic eccl̄ie) Crisosto. idest his q̄ eccl̄ie p̄/sident (Si aūt eccl̄iam non audierit sit tibi sicut ethnicus ⁊ publican⁹) Aug. idest gentilis et paganus in nūero fra/trū nō computādus (Amē dico vobis quecūq̄z ligaueritis ⁊c̄) August. de ver/bis dn̄i in monte. Cepisti h̄re fratrem tuū tanq̄z ethnicū ⁊ publicanū. liga il/lū in terra: sed vt iuste liges eū vide: nā iniusta vincula disrūpit iusticia (Iterū dico vobis q: si duo ex vobis consense/rint) subintelligendū est si petierit p̄ie perseueranter ⁊ pro se (Domine quoti/ens peccabit in me frater meus) subdi/tur (vsq̄z septuagies septies) idest qua/dringētis nonaginta vicibus: vel vt di/cit Aug. Omnino quotiensc̄uq̄z pecca/uerit ignoscas. ¶ Questio fratris An/tonij Betontini. Qui ecclesiam nō au/dierit sit tibi sicut ethnicus ⁊ publica/nus. Matth. xviij. cap. Sup quibus verbis querit̄. ¶ Utrū siue pctō vnus homo possit iudicare et cōdemnare aliū hoiem? Ad q̄d breuiter r̄ndetur scđm Alexa/nū i summa sua libro p̄mo titulo. xxxviij. q̄ vn⁹ ho/mo iudicet aliū hoiem tripliciter pōt intelligi. Uno mō extēso vocabulo iu/dicādi ad arguere: corripere: ⁊ mone/re: ⁊ h̄ circūstātijs obseruatis fieri pōt sine peccato Nā arguere proprie supe/riorū est respectu inferiorū. vn̄ aposto/lus ad Thimo. iiij. ca. Argue: obsecra: increpa: Sed moduz reprehēsionis in scđo ca. explicat dicēs. Hec loq̄re et ex/hortare: ⁊ argue cū oi impio. Uero cor/ripere est respctū pariū. idcirco in euā/gelio hodierno dr̄. Si peccauerit in te frater tuus vade ⁊ corripe eū inter te et ip̄m solū. Monere vō ē inferiorum respe/ctu superiorum: vn̄ Bernardus ad Euge/niū. Moneo te nō arguo Alio quidem modo vnū hominē aliū iudicare intel/ligi pōt temerarie q̄ vniuersaliter in/terdicitur: vt. ij. q. j. ca. p̄mo super oīa scribit̄. Primo super oīa diligenter in/quirite vt cū iusticia ⁊ charitate diffini/atis neminē cōdemnetis ante verū et iustū iudiciū: nullū iudicetis suspitōis arbitrio: sz p̄mū probate ⁊ postea cha/ritatiuā proferte sniam: ⁊ q̄ vobis non vultis fieri: alteri facere nolite. Et si su/spitionibus q̄s temptat̄. cū propheta psal. cxviij. clamare dz ad dn̄m dicens Amputa obprobriū meū q̄ suspicatus sum: q: Paulus p̄ma ad chorin. iiij. c. dicit: Nolite ante tempus iudicare. i. ante vniuersale iudiciū q̄ filio dei pro/prie reseruat̄. Ultimo vnū hoiem aliū

¶ Feria .iiij. post ter/tiam dominicam qua/dragesime Euangeli/um scđm Mattheum xv. capitulo.

iudicare intelligi pōt secōm ordinē ec/clesie q̄ dupliciter hominē iudicat. iu/dicio. s. discretionis qd̄ in manifestis ꝛ certis cuicūq; ꝯcedit eo mō quo supe/rius dictū ē. Et iudicio correptiōis qd̄ platis soluȝ cōpetere di/noscit. Qd̄ glo. sup illo vbo pauli p̄me ad Cori. v. c Qui frat nominat ꝛc. tangit dicēs Hoc inquit aplus dicēdo noluit homiem ab hoīe iudicari ex argumēto suspitiōis vel ex taro ordinario vsurpatoq; iudicio: sȝ potius fm legem dei ꝛ ordinē ecclie. Cui inobediens mortaliter peccat fm vba Matth. xviij. ca. Si ecclīam nō audie/rit: sit tibi sicut ethnicus ꝛ publicanus Quia talis scōm doctorē nostrū Lan/dulphū excōmunicatus est: ꝛ excōmu/nicatio nō est infligenda fm Ric. ꝛ do/ctorē subtilem nisi pro peccato morta/li ꝛ multū enormi: q̄ igit̄ omne iudici/um rectū vel rcē factū fm h̄ dicta bonū est preter iudiciū temerariū: patȝ quia sic vnusquisq; ordine posito aliū iudi/care valet p̄terq̄ȝ iudicio temerario qd̄ ex inuidia ꝓcedit sicut ipsa detractio.

In illo tē/pore accesserunt ad iesum scribe et pharisei dicētes. Quare di/discipuli tui transgre/diūtur traditiones se/niorū? Nō enī lauant manus suas cū paneȝ manducāt. Ipse autē[a] respondens ait illis. Quare ꝛ vos transgre/dimini mandatū dei[b]

Expositio litteralis

Hic exponitur vera ꝓmulgatio le/gis euāgelice a Mattheo ad gen/tiles. reprobando iudeorū expositionē falsam legis: ꝛ diuiditur in tres: qa pri/mo arguit iudeos de eo quod dictum est. secūdo de apparēti sanctitate: ibi. hypocrite. tertio de vana superstitiōe: ibi. Audite ꝛ intelligite. Prima in du/as q̄ p̄mo ponitur iudeoꝝ maligna in/terrogatio ad christi deprehensionez. Secundo ponitur eius responsio vera ad eorum confutationem. ibi. Ipe au/tem respondens. Ad euidentiam pri/me partis aduertendum q̄ a tempore moysi de voluntate dei constituti sunt septuaginta senes etate ꝛ moribus ma/turi ꝛ scientia prediti ad regimē ipius popli: ꝛ moyses erat sup eos: Ita q̄ in vniuerso erant septuaginta vnus vt ha/bet nūeri. xi ca. Et ex illo tp̄e statutuȝ est q̄ tot es/sent ad regimen ppli or/ordinati: et isti dicebant iudices ordi/narij. q̄ per impositionē manus instituebant vt ha/bet in glosis hebraicis in multis locis et isti residebant in hierusalē: ꝛ ad eos fiebat recursus de ciuitatibus in ambi/guis ꝛ difficilibus: ꝛ eorū determinatio habebat̄ pro lege firma quā nō licebat transgredi: vt habetur Deutero. xxvij cap. Isti etiā statuebant aliqua que pti/nebant ad regimē populi. ꝛ in statutis eorū erant aliqua que cadebant sub p̄/cepto tanq̄ȝ necessitatis: et aliqua sub monitione tanq̄ȝ cuiusdam decentie ꝛ honestatis. De talibus aūt erat istud sta/tutū quod hic tangit̄ videlicet q̄ acce/dentes ad mensam prius lauarent ma/nus suas. Ueruntamē pharisei et scri/be intellectū huius mandati volebant trahere ad quandā falsitatem videlicȝ q̄ per hoc acquireretur quedā mundi/cia spiritualis: mouebātur aūt ad hoc quia in lege alique immunditie p cor/porales ablutiones dicebantur emun/dari: ꝛ q̄ discipuli xp̄i aliqua que non erant necessaria: sed magis cuiusdā su/perstitiōis. inq̄ȝtum intellectus sic tra/hebatur non obseruabant: Christū in discipulis suis arguebant tanq̄ȝ contē/ptorem doctrine seniorum: vt sic redde/rent eum populo odiosum. a Ipse autem) Hic ponitur xp̄i respōsio vera ad ipsoꝝ cōfutationē dicēs. b Qua/re ꝛ vos transgredimini mandatū dei)

non respondet dicēdo q̄ lotio manuū que faciebat ad honestatez esset mala: vel q̄ apostoli ipsam omittēdo bene facerent vt facit ad honestatē. licet bene facerent omittendo propter superstitionem: sed q̄si clauū clauo retūdendo dicit eos dficere quia faciebāt trāsgredi mandatum dei propter mādatum hominum: quod probat dicens.

propter traditionē vestram? Nam deus dixit[a]. Honora patrem tuum[b] et matrem tuā: et qui maledixerit patri vl' matri morte moriatur. Vos autē dicitis[d]. Quicūq̄ dixerit patri vel matri mun⁹ quodcunq̄ est ex me[e] tibi proderit[e]: et non honorificabit patrez[f] suum aut matrē suā: et irritum fecistis[g] mandatuz dei[h] propter traditionem vestram.

a Nam deus dixit) Exodi .xx. capl.
b Honora patrem tuum) Honor iste non solūmodo intelligitur reuerentia sed et administratio necessariorū. Hāc autez excludebant p̄ suam doctrinā falsam: quia sacerdotes qui erant cupidi vt bona que essent administranda parentibus conuerterent in lucra eorū. dicebant q̄ melius esset illa deo offerre: Tum quia est pater p̄ncipalis et spiritualis: Tum quia licet per talem oblationem parētes sustinerent detrimētum corporale. cōsequebant̄ tamē bonū spirituale: inq̄ztum illud qđ erat in eoꝝ necessitatem cōuertendū deo offerebatur: et ex hoc sequebat̄ q̄ preceptū de honore parentū: inq̄ztum intelligit̄ in hoc administratio necessariorū: euacuabatur per talem expositionē falsaz: et hoc est qđ dicit saluator. c Vos autē dicitis) falso scz exponendo mandatum dei. d Quicunq̄ dixerit patri vel matri munus quodcunq̄ ex me est) deo consecratū scz et oblatum.
e Tibi proderit) magis supple q̄z expenderes in necessitates tuas. et est cōstructio defectiua: et est sensus (quicūq̄ dixerit et c̄) idest licite et bene potest dicere quod dictum est: et impleuit p̄ceptum diuinū: et est dignus vita eterna: quod est falsum: quia s̄m veritatez est trāsgressor precepti: et hoc est quod subditur. f Et nō honorificabit patrem et c̄) Illud quod erat sibi debituz subtrahendo. g Et irritum fecistis) vos sacerdotes et pharisei.
h Mandatū dei et c̄) Ad maiorem intellectū considerandū. q̄ pater per se tenetur p̄uidere filijs quia est causa eoꝝ q̄ztuz ad esse: et iō debet eis nutrimentū et documentuz. Filius autē tenet̄ p̄uidere parentibus de necessarijs per accidēs scilz si indigeant et ipse sit potens. Et ideo si pater iam in necessitatez incurrerit: bona de q̄bus filius potest sibi administrare iā sunt sibi debita: de alieno autez nullus pōt deo sacrificiū facere: et iō talia deo offerre non est licitum: qa hoc est trāsgredi preceptū de honore parentū: secus autē esset: si filius bona sua deo vouisset vel consecrasset anteq̄z parentes essent in necessitate positi: quia tūc nō esset licitū de eis p̄uidere parentibus: quia si esset deo votuz factū de aliquo immolatitio: nō posset immutari Si aūt de aliquo nō imolatitio. non poterat mutari nisi q̄ redemptionez. Ex dictis patet falsitas illius opinionis que dicit: q̄ filius post p̄fessionē factam in religione tenet̄ exire claustruz propter necessitatē parentū: etiā cōtra volūtatē sui superioris: quia per talem professionē est deo iam consecratus: et ideo p̄pter necessitatem parentū nō debet cōtra votū tale facere. Hoc etiā patet alia rōne: q: filius cū venerit ad etatē adultam sicut pōt inuitis parentibus licite matrimoniū cōtrahere: vl ad sacerdotiū promoueri: ita etiā religionē ingredi cessante tūc necessitate parentum: sed per sacerdotium excusatur de hoc

quod nō tenet subuenire patri p vsum armoꝝ si ab hostibus inuadat: q: iā nō est sibi licitum pugnare corporaliter: similiter per matrimoniū excusat: qd non tenet manere cū patre: quia est obligatus vxori: ergo multo fortius p professionē factam in religione excusatur a subueniendo parentibus nisi sm modum conuenientem sue regule: et per consequēs nō debet propter hoc cōtra votū obedientie facere: immo esset inobediens hoc faciēdo. Per hoc patz solutio cuiusdā rōnis: q̄ solet ad oppositū induci q̄ talis est. Uotū factū de his que sunt superogationis non pīudicat illis que sunt de necessitate pcepti: cū pceptū implere sit necessitatis: vouere autem talia non: sed votum religionis est de his que sunt supererogationis. subuenire antem parentibus in necessitate est de necessitate precepti: ergo p votum religionis per professionem solēnizatū non absoluitur aliquis quin teneatur administare parentibus: sicut ante: ergo per cōsequens tenetur exire claustrum propter necessitatem parentū: etiam contra voluntatē superiorꝫ. Dicendum q per professionem nō absoluitur a precepto: bene tamen absoluit aliquo modo implendi preceptū: quia preceptum de honore parentum est affirmatiuū: et ideo non obligat ad semper sed pro loco ꝛ tempore et aliis debitis circūstantiis que aliquando variantur sm conditionem ipsius implētis preceptū: quia aliquis modus subueniendi patri efficitur incōueniens et illicitus ipsi filio per assumptionem alicuius status liciti: immo etiam perfecti: sicut subuenire patri per defensionem armorum efficitur illicitum per sacerdotii statum: tenetur tamē ei subuenire aliis modis suo statui conuenientibus. ita eodem modo post votum obedientie subuenire patri contra voluntatē superioris efficit illicitum ipsi religioso: tenetur tamen ei subuenire modis conuenientibus pfessiōi sue.

Hypocrite[a] bn̄ pphetauit de vobis ysaias dicēs. Populus hic labiis me honorat: cor aūt eoꝝ longe est a me Sine causa[b] aūt colūt me[c] docētes doctrinas et mandata hominū[d].

a Hypocrite) hic redarguit saluator iudeos de falsa sanctitatis simulatione: quia ad hoc q essent in reuerētia populi ostendebat sanctitatem in verbis: ꝛ in exteriori cōuersatione: cum tamē corrupti essent in intentione: sicut fuerat pphetatū per Isaiam. xxix. cap. licꝫ sub aliis verbis ponatur q̄꜉hic: sentētia tamen est eadem: sequitur b Sine causa id est frustra. c Colūt me) Sicut enī medicina dicit sine causa vel frustra ppinari: que non confert sanitatem: sic cultus diuinus qui non ducit ad veraꝫ felicitatē sequit d Docentes doctrinas et mandata hominuꝫ) quia ppter suā auaritiā docebant trāsgredi mādata dei ppter traditionē suā: vt visuꝫ est in falsa expositiōe pcepti de honore parentum: ꝛ hoc etiā faciebāt propter suam superbiā: vt ppter doctrine auctoritatem populus deferret eis maiorē reuerentiā Audite ꝛ intelligite) hic saluator arguit iudeos de vana supstitione: ꝛ diuidit in duas partes: q: primo facit qd dictū est in generali. Scdo magis explicat intentionē suā in particulari: ibi. respondēs aūt petrus. Prima in duas quia primo in generali ponit suū documentū: secūdo ex hoc subiungit phariseoꝝ scandalū. ibi. tūc accedentes. Circa primū aduertendū q sicut dictū est lotio manuū ante cōmestionē vel cibarioꝝ appositionē faciebat ad quandā honestatē et mūditiam corporalem: et in hoc erat bonū: sed si omitteretur temere q ex hoc incurre

Et cōuocatis ad se turbis[a] dixit eis. Audite[b] et intelligite[c]. Nō qd intrat in os[d] coinquinat hominem[e]. sed qd procedit ex ore[f] hoc coinquinat hominem[g]. Tunc accedentes discipuli eius[h] dixerunt ei. Scis quia pharisei audito hoc verbo scādalizati sunt? At ille respondens ait. Omnis plantatio[i] quam non plantauit pater meus celestis eradicabitur[k]. Sinite hos[l] ceci sunt[m] et duces cecorum[n]. Cecus autem si ceco ducatum prestet: ambo in foueam cadunt. Respondes autem Petrus[o] dixit ei. Edissere nobis[p] parabolam istam[q]. At ille dixit[r]. Adhuc et vos sine itellectu estis? Nō intelligitis: qa omne

retur immunditia spiritualis: hoc est falsum ⁊ superstitiosum: quia immunditia spiritualis prouenit ab interiori delectatione et consensu mentis: non ab ipsis rebus corporalibus: ⁊ hoc est qd dicit hic.

a Et conuocatis ad se turbis) reuocādo eos a falsa doctrina eorum (dixit eis.)

b Audite) aure corporis.

c Et intelligite) aure mentis.

d Non qd intrat in os) idest cibus corporalis.

e Coinquinat hominem) spiritualiter scilicet nisi inquantum per delectationem male afficitur ad cibum.

f Sed quod pcedit ex ore) idest verba que sunt malitie interioris significatiua.

g Hoc coinquinat hominē) Considerandum q christus hic nō dicit contra legem. licet enim aliqui cibi in lege reputarentur immundi: vt caro porcina ⁊ huiusmodi. hoc tamē nō erat scōm eorum doctrinam: quia omnis creatura dei bona est: pme ad Thimo.iiij.capi. Unde Genesis.j. Uidit deus cuncta que fecerat: ⁊ erant valde bona. Dicitur aūt porcus immundus et agnus mūdus: vt dicit Augustinus contra faustum: quia per animalia immunda scōm legem significantur quedam vicia que sunt euitanda. et ideo quia lex euangelica que spiritualis est inchoata fuit per christum. ideo ⁊ illa obseruatio figuralis ciborum non erat amplius obseruanda.

h Tunc accedentes discipuli eius)

Hic ex doctrina christi ponitur phariseorū scandalizatio: quia per doctrinā christi videbant eorū simulationes et doctrinā reprobatā: ⁊ non poterant resistere per rationē vel p scripturam: ideo ex inuidia mouebantur contra xpm ad mouendum seditionem. Et quia veritas vite iustitie ⁊ doctrine non est dimittenda pter scandalum aliorum: quia tale scādalum pcedit ex malicia ipsius scandalizati vnde dicit beatus Gregorius. Si de veritate scandalum oritur: rectius oriri pmittitur: q̄ quod veritas relinquatur. ideo sequitur.

i Omis plantatio) idest doctrina ab homine inuēta que non est legi ipius dei consona.

k Eradicabitur) quia non habet firmum fundamentū ⁊ radicem.

l Sinite illos) idest doctrinā eorum euitate.

m Ceci sunt) .i. carentes vero intellectu legis.

n Et duces cecorū) q: alios excecāt suo errore: ⁊ ducūt eos ad pcipitiū.

o Respondens autem Petrus) Hic aperit pdicte doctrine xpi intellectus magis in speciali: q: petrus pro se ⁊ pro alijs q̄siuit intellectū dicēs.

p Edissere nobis) .i. expone.

q Parabolā istam) .i. sententiā occultam.

r At ille dixit Adhuc et vos sine intellectu estis) quasi dicat. tā diu audistis doctrinam meam: quod statim deberetis intelligere ea que dicta sunt. vnde sequitur.

s Non intelligitis: quia omne ⁊c) Istud est ver

per sinedochē q: aliqua pars de omni cibo qđ intrat in os. a In secessum emittit) q: in oi cibo quātūcūq; puro est aliqd impuritatis ⁊ a natura expellitur tanq̄ȝ supfluū: ⁊ aliqd retinet tanq̄ȝ ad nutritionē necessariū: ⁊ neutrū istorū coinquinat hominem spūaliter loqndo b Que autē pcedunt de ore) vt vba. c De corde exeūt) q: sūt cōceptus mētis significatiua d Et ea coinqnāt hoiēȝ) quādo sunt male cogitationis significatiua: ⁊ h est qđ sequit. e De corde eni exeūt cogitationes male) ⁊ per ɔsequēs.
f Homicidia) .i. cōsilia ⁊ colloquia ad ppetrandū huiusmodi vicia q̄ hic tanguntur ⁊ cōsimilia. g Hec coinquināt hoiem) spūaliter. h Non lotis autē manibus ⁊c) immūditia spūali.

qđ intrat in os in ventrem vadit ⁊ in secessū emittitur[a]. Que autēȝ procedunt de ore[b]: de corde exeunt[c]: ⁊ ea coinquinant hominēȝ[d]. De corde eniȝ exeunt cogitationes male[e]: homicidia[f] adulteria: fornicationes: furta: falsa testimonia: blasphemie. hec sunt que coinquināt hominēȝ[g] Non lotis autem manibus[h] manducare nō coinquinat hominēȝ.

Expositio moralis.

TUnc accesserūt ad eū ⁊c) p scribas ⁊ phariseos multum solicitos de mūditia exteriori ⁊ modicū de interiori significant hypocrite false arguētes frequēter alios de modicis: cū tn̄ sint infecti grauib⁹ peccatis pp̄ter qđ eis dicitur supra Matth. vij. ca. Quomodo dicis fratri tuo: frater sine vt eijciaȝ festucā de oculo tuo: ⁊ ecce trabs est in oculo tuo (Quare ⁊ vos trāsgredimini mandatū dei) Simile fit hodie in multis locis in qbus maior solicitudo habetur circa custodiā mandatoꝝ hoim q̄ȝ circa custodiā diuinoꝝ p̄ceptoꝝ: q: grauius satis punit trāsgrediēs mandatū principis vel p̄lati qđ tn̄ frequenter nō est malū nisi q: p̄hibitū: q̄ȝ trāsgrediēs dei mandatū qđ de se semp est

illicitū (populus hic labijs me honorat) hoc potest dici de doctoribus ⁊ predicatoribus qui docent bene ⁊ viuunt male Cetera sūt ita moralia qđ nō indigēt alia moralitate ¶ Questio fratris antonij betōtini. Quare discipuli tui transgrediunt traditiones senioꝝ Mat. xv. ca. ¶ In qbus vbis orit qo Utrū p leui causa mali q̄ apparet in operatione alicuius possit fieri malum iudiciū sine pctō mortali? Ad qđ breuiter rn̄det ſm doctrinā domini Alex. de ales in suo scđo volumie et etiā ſm qđ habet ex vltima glo. sup capi. Si qs de gradu. extra de purgatione canonica. Quod pro leui causa sine magno ⁊ letali crimine nemo iudicare temerarie potest. Leuis eni causa mali ē vt p̄dicta glo. dicit qn̄ sunt plura signa boni et pauca mali. Sicut cuȝ mulier vel iuuenis quidā dei verbum attente ⁊ deuote frequētant. Item cuȝ homo peccator licet sceleribꝰ olim fuerit multis inuolutus predicationē frequentat ⁊ eā audit attente atq; deuote Ceterū cū homo clare fame viteq; bone ⁊ cōuersationis honeste in loco satis honesto ⁊ tempore non incongruo cum muliere deuota turpi et egrota quandoq; versatur. In his vtiq; malum iudicare falsum ⁊ temerarium iudicium est. Idcirco in registro grego. ait. Graue est satis et indecens vt in re dubia certa dicatur sententia. et Bernardus super Canticis sermone duodecimo dicit. Si is qui de claustro est conuersatur in populo interdum minus discrete: minusue circumspecte se se agere deprehenderit: verbi gratia: in verbo: in cibo: in somno: in risu; in

ira: in iudicio: nõ ad iudicandum cõ/ festim ꝯsiliat sed meminerit scriptum Melior est iniqtas viri q̃ȝ bene faciens mulier. Nã tu quidẽ in tua custodia vi gilãs bene facis. sed q iuuat multos et melius facit ꝛ virilius. qḋ si iplere non sufficit abs/ qȝ aliqua ini gtate. idest absqȝ quadã inequalita/ te vite ꝛ con uersationis sue: memẽ/ to q: chari/ tas opit mul titudinẽ pec catoꝝ. hec il le. Nã q tales iudicãt similes simie esse noscunt: que granatũ pomũ comede/ re cupit: sed quia corticẽ sentit amarũ illud citissime proicit. Proinde Isido rus in sinonimis ait. Nullũ iudices su spitionis arbitrio: añ proba: ꝛ sic iudi/ ca: nõ eni q accusat sed q conuincit re us est. Sic vtiqȝ iudicauit phariseus vt Luc. vij. capi. scribit ipm dñm q se tãgi a magdalena ꝑmisit: sic etiã iudi/ catus est dñs: qñ cũ muliere Samari/ tana loquebat. vt. iiij. ca. sui libri Joã/ nes ait Sic isup eũ scribe ꝛ pharisei iu dicauerũt: q: discipuli sui manus non lauabãt cũ panẽ mãducabãt dicentes. Quare discipuli tui trãsgrediunt tra/ ditiones senioꝝ nõ eni lauãt manº ꝛc̃.

Feria quinta post ter/ tiam dñicã quadrage sime. Euangelium se/ cundum Lucã. iiij. ca.

In illo tẽ/ pore Sur gens ie/ sus de sy/ nagoga [a] introiuit in domũ si/ monis [b]. Socrus autẽ simonis tenebatur ma gnis febribus [c]. Et ro gauerũt illum pro ea. Et stans super illã im/ perauit febri: et dimi/ sit illam. Et continuo surgẽs ministrabat il/ lis. Cum sol autem oc cidisset [d]: om̄s qui ha bebãt infirmos variis lãguoribº ducebãt il/ los ad iesuȝ. At ille sin gulis manº imponẽs

Expositio litteralis

Hic ponit scdm miraculuȝ ꝑ xp̃m operatũ: ꝛ diuidit in duas ptes. In principalẽ ꝛ in incidentalẽ. Secũ/ da ibi. Cũ aũt sol occidisset. Circa pri/ mũ sciendũ q sinagoga erat locus vbi cõueniebant legisperiti et communis populus ad audiendum doctrinam le gis: maxime diebus sabbatorum in q/ bus diuinis erat vacandum. Ideo ta/ li loco et tpe fuerat et docebat eos xp̃s quia erant conuenientia doctrine eiº. Sciendum secũdo: q cum christus do ceret in sinagoga iudeos erat ibi hõ in spiritu immũdo: hoc est obsessus a de mone et ex/ clamauit do lẽs de xp̃i do ctrina q̃ erat animarũ sa/ lus et medi/ cina quem obsessum li/ berauit in si nagoga: et post liberati onem ipsius obsessi libe/ rauit socruȝ simonis fe/ bricitantem: quod fuit secundum mi/ raculum. ꝛ hoc est quod dicit

a Surgens iesus de sinagoga). s. post predicationẽ et eius confirmationem per expulsionẽ demonis. b Introi/ uit i domũ simonis) vt ibi acciperet re fectionẽ post laborẽ. c Socrus aũt simonis tenebat magnis febribº) licet eni virtute nature febris possit curari: non tñ in instanti: christus aũt sanauit eã hic subito et ita ꝑfecte q illa mulier ministrabat eis. Ex quo ostẽdit ista cu/ ratio miraculosa ad discipulorum cõ/ firmationẽ. d Cum sol autẽ occidis set) hic ponit pars incidẽtalis. Occa/ sione eni huius sanationis illi q habe/ bant infirmos variis languoribus ad/ duxerũt eos ad xp̃m querẽtes remedi um. ꝛ hoc est quod dicitur.

d Cum sol autem occidisset) Dicit autem Theophilus expositor: quod ita tarde adduxerunt eos ad christum quia illa dies erat dies sabbati et cre/ debant curationes non esse licitas du/ rante die sabbati que finiebatur in ve/ spere illius diei.

curabat eos[a]. Exibāt autez demonia[b] a multis clamantia et dicentia: q₂ tu es filius dei: et increpans non sinebat ea loqui[c] quia sciebāt ipm esse xpm. Facta autem die egressus ibat in desertuz locū[d] ꝛ turbe requirebāt eū: et venerunt vsq₃ ad ipsum et detinebant illum ne discederet ab eis. Quibus ille ait. Quia et aliꝭ ciuitatibus oportet me euāgelizare regnum dei: q₂ ad hoc missus sum Et erat predicans in sinagogis galilee.

a Curabat eos).i.oēs qui fuerunt ibi adducti erant multi (vel curabat eos) idest plures de adductis quoꝝ fides ꝛ deuotio curationem merebantur
b Exibant aūt demonia.i. oia vel plura eodē modo exponendo (a mltis clamantia ꝛ dicētia quia tu es filiꝰ dı) q₂ xp̄s ad salutem hoim erat missus: p pphetias enim de xp̄o dictas q̄ determiauerāt tēpus locū ꝛ modū veniendi ipius xp̄i scdm qđ plenius declaratuz est in questione de aduētu messie cōpletas in eo et per alias circūstantias iudei sciebāt ipm esse xp̄m in lege pmissuz vt patet hic p textū euāgelicū: ꝛ etiā Marc. primo: vbi pcepit xp̄s demoni dicēs. Obmutesce. verūtn̄ nesciebant ipm eē deum: nec per temptationē xp̄i in deserto diabolus potuit scire de xp̄o vtrum esset dei filius per naturā habēs eandē naturā numero cuz patre: licet ad hūc finē tripliciter eū tēptauerit vt dictum fuit plenius Matth .iiij.ca. Si enim cognouissent demones ipm esse deum nunq̄₃ induxissent iudeos ad ipm crucifigendū ꝯm qđ dicit pme Corinti.ij. ca. Si cognouissent: nunq̄₃ glie dnm crucifixissent. Aliqui aūt doctores dicūt ꝙ nō solū nō cognouerūt demones ipm esse deū vt dictu est: sed nec etiā cognouerūt certitudinaliter ipm eē christum in lege pmissuz ſ₃ tm̄ hoc cognouerūt quadā cōiectura multū probabili que in hoc loco ꝛ aliꝭ locis euāgeliꝭ pluribus noie sciētie exprimit: sed primū dictū magis videt consonū textui ꝛ dictis sanctoꝝ c Non sinebat ea loqui) Cōpellebat eni xp̄s demones ad tacendū de ipso: ne veris falsa miscerēt: ꝛ ne videret querere testimoniū ab ipsis: maxime q₂ pharisei dicebant ipm in beelzebub pncipe demonioꝝ eiꝭcere demonia vt hēt Matth.xij. vbi dcm phariseorum plenꝰ excludit vt patuit supra p expositionē ibidē. d Facta aūt die egressus ibat in desertū locū) In hoc dās exēplū vt predicator ꝛ mirabiliū dinoꝝ opator debeat fugere ppli applausuz. patet lr̄a euāge. de se.

Expositio moralis.

Socrus aūt simonis tenebat magnis febribꝰ) p quā significat psona iracūdie calore aut ꝯcupiscentie laborās (sup quā stat Jesus) cū istas passiōes mitigat: ꝛ tūc ei deuote mistrat (Cū āt sol occidisset) p hꝰ significauit ꝙ passio sua i q̄ iusticie sol occidit: futura erat medicina omis spūalis īfirmitatis (Facta āt die egressus ibat in desertū locū) dās i hoc exēplū pdicatoribꝰ reuertēdi ad solitudinē ꝯtēplatiōis post laborē pdicatōis ꝛ vt grās deo agāt de pfectu pterito ꝛ se disponāt pro futuro

Questio fratris Antoniꝭ betontini. Exibāt āt demonia a multis clamantia ꝛc̄ Luce.iiij.capi.

¶ Sup qbus q̄rit. Utrū dolo loquēs atq₃ ignorāter ꝯtra pximū temerarie iudicet? Ad qđ breuit rn̄det ꝙ sic. Nā iudex ppie dolo vel imprudētia ꝯtra quē sniaz ferēs ꝯm Ray. in titulo de raptoribus: ꝛ Hosti. in summa: ꝛ astexa. lib. pmo titulo.xxxviij. tenet leso ad oē interesse: vbi non posset induci ille p quo sniaz tulit ad integrā restitutionē: ꝛ hꝰ maxime dicit in iudicio ꝯscientie. ꝙ vero graue sit vel odio vel ami//

citia: vel munere: vel metu: vel quolibet mō iudiciū ꝑuertere: Augu. testatur dicēs. Quicūqȝ aut cōsanguinitate: aut amicitia: vel hostili odio: vel inimicitijs in iudicādo ducit̄ ꝑuertit iudiciū xp̄i q̄ est iusticia ⁊ fructū illius vertit in dānationis amaritudinem: vñ fit ꝙ si ꝗspiā dolo ⁊ ignorātia loquat̄: licet verū atqȝ bonū dicat et illi de quo fatur minime noceat: nihilominꝰ temerarie iudicat. Idcirco. xj. q. iij. notatur qd̄ Augu. de sermone dñi in monte ait. Temerariū inq̄t iudiciuȝ plerūqȝ nihil nocet ei de quo temerarie iudicat̄. ei aūt q̄ temere iudicat: ip̄a temeritas necesse est vt noceat. Et q: demonia q̄ xp̄i p̄cepto a mīˀtis exibant dolo atqȝ ignorāter clamabant: tu es filius dei: dolo q: verbo laudabāt ⁊ facto cōtradicebāt: ⁊ officium apostolicū ꝺm Criso. vsurpabāt: ⁊ mysteriū xp̄i lingua feda publicabāt ignorāter: q: ꝺm Bedā suspicabant̄ eū esse xp̄m: ⁊. ij. q. j. ca. p̄mo. sup oīa. Nulluȝ iudicetis suspitionis arbitrio. Jō ipse xp̄s increpās nō sinebat ea loqui.

Expositio litteralis.

In hac lectione euāgelica determinat Joānes de deriuatione effectꝰ grē quantū ad gētiles: ⁊ q: xp̄i doctrina dupliciter deriuata est ad credētes scȝ per eiꝰ doctrinā ⁊ ꝑ miraculā vt hr̄ marci vltio. sermonē cōfirmāte sequētibus signis ideo p̄mo agit̄ hic de deriuatione eius per doctrinā. scd̄o ꝑ miraculū ibi. post duos dies. Prima diuidit̄ in tres: q: p̄mo ponit̄ doctrine xp̄i oportunitas. Scd̄o ipsius qualitas: ibi venit mulier. tertio consequēs vtilitas ibi. reliq̄t ergo hydriā. Primū ostēdit̄ ex eius accessu: ibi. venit ergo. Circa qd̄ sciendū ꝙ xp̄o baptizato p̄mo ⁊ discipulis eiꝰ ꝯsequēter vt pȝ ex dictis in

Feria. vj. pᵒ dñicā tertiā q̄dragesime Euangelium scd̄m Joannē quarto capitulo.

In illo tēpore. Venit iesus i ciuitatē

hoc ca. pharisei cōmoti fuerūt ꝯtra eū inuidia: ⁊ iō volēs dare patiētie exemplū inde recessit ⁊ sic occasionē docēdi gētiles habuit. Pharisei eni ex inuidia ꝑsecuti sunt Joannē ⁊ ꝓcurauerūt euȝ mitti in carcereȝ: ꝓpter qd̄ dr̄ Math. xvij de Joāne Helias iā venit ⁊ fecerūt i eū quecūqȝ voluer̄t. Eodē modo xp̄m ꝑseque bant̄ ⁊ eius mortē tandē ꝓcurauerūt. Reliq̄t igit̄ iudeā: q: ꝑsequebant̄ eius doctrinā: q̄ꝗ̄ iesus nō baptizaret tūc licet p̄mo baptizasset̄ vt dictū est: sȝ discipuli eiꝰ. In hoc eni dedit xp̄s exemplū p̄latis ecclesie cōmittendi ea q̄ p̄nt fieri ꝯmode ꝑ inferiores vt ipsi liberiꝰ possint in altioribꝰ exerceri. Eodē mō dicit̄ de ap̄lis relinquētibus iudeā ꝑꝑ eoꝝ incredulitatē Actu. xiij. ca. Vobis oportebat p̄mū loq̄ verbū dei: sȝ q: repulistis illud ⁊ idignos vos iudicastis eterne vite: ecce cōuertimur ad gētes sic eni p̄cepit nobis deus. Venit ergo hic ōndit̄ ꝯueniētia doctrine xp̄i ⁊ oportunitas docēdi ex accessu ⁊c̄. Pro itelligētia huiꝰ est aduertendū ꝙ xp̄s trāsiens de iudea in galileā erat trāsiturꝰ ꝑ gētiles: q̄ in regno decē tribuū habitabāt q̄ trāslati fuerāt a rege assyrioruȝ illuc captiuatis inde decē tribubus sicut habet̄. iiij. Regū. xvij. ca. Cōueniebant tn̄ cū iudeis aliqualr̄: q: cū p̄mo fuerūt trāslati in terrā decē tribuū: dominus misit leones eos deuorantes: ⁊ iō rex assirioꝝ habito ꝯsilio sup h̄ misit vnū de sacerdotibꝰ captiuis q̄ doceret eos colere dñm. Verūtn̄ cū hi colebāt idola: vt ibidē dicit̄: nec recipiebāt oēs libros veteris testamēti sed tm̄ q̄nqȝ libros moysi: ⁊ sic partim erāt gētiles ⁊ parti iudei. Xp̄s āt veniēs de iudea i galileā hēbat trāsire ꝑ mediā samariā. Erat igit̄ samaria ciuitas gētili

a Abijt ieſus tranſ mare galilee) Iu dei enim querebant eum interficere ⁊ non erat tempus adhuc paſſionis ſue ideo recedēdo dedit exemplum cedē di ad tempus malicie humane: oſten dens q aliquando licitum ſit chriſti fi delibus fugere in perſecutione.

b Quod eſt tyberiadis) illud enī ma re eſt quidam lacus magnus per quez tranſit iordanis fluuius ſed vocať ma re ſcdm modum loquendi hebraicum in quo congregatio aquarū vocať ma re ſcdm illud Gene. primo capi. Con gregationeſqz aquarū vocauit maria. Uocatur autem mare galilee a prouin cia iuxta quaz tranſit: et vocatur mare tyberiadis ex nomine ciuitatis edifi cate in littore: que antiquitus geneſa ret dicebatur: ſed ab herode tetrarcha fuit reedificata ⁊ ampliata: ⁊ tyberias vocata in honorē tyberij Ceſaris. Uo cať etiā mare illud alijs nominibꝰ: vt declaraui ſup Matth. ⁊ iō illa dimitto

c Et ſequebať eū multitudo magna) Quidā ex deuotione ab eo curati: qdā malitioſe volētes eū capere in ſermōe vt phariſei: ⁊ quidaz ex deſiderio adi ſcēdi: ⁊ aliq ex curioſitate volentes mi racula que faciebat videre: iō ſubdiť

a Quis videbāt signa que faciebat super his q infirmabātur) hoc addit ad ostendendū q̄ fiebāt virtute diuina. Magicis eni artib⁹ bene fiunt aliqua curiosa ⁊ inutilia: sicut q̄ statue loquātur ⁊ cōsilia ʒ sanitates que fiunt ad reducendū hoies in deum fiunt tā tūmō virtute diuina vt habet in itinerario clementis

Subijt ergo in montē iesus[a]. ⁊ ibi sedebat cū discipulis suis[b]. Erat autem proximum pascha dies festus iudeorū[c]. Cum subleuasset ergo oculos iesus ⁊ vidisset quia multitudo maxima venit ad eū dicit ad philippū. Un̄ ememus panes: vt mā ducent hi. Hoc autem dicebat temtans eum[e] Ipse eni sciebat quid esset facturus[f] Respondit ei philippus[g] Ducentorū denarioꝝ panes nō sufficiunt eis vt vnusquisqꝫ modicum quid accipiat[h]: Dicit ei vnus ex discipulis eius: Andreas frater Simonis petri[b] Est puer vn⁹ hic q ha/

b Subijt ergo in montem) q: erat locus deuotioni: et doctrine aptus. ideo sequitur. c Et ibi sedebat cum discipulis suis) docens eos et sic patet locus in quo factū est miraculū sequēs: tēpus aūt in quo factū ē describitur cū dicit. d Erat aūt ꝑximum pascha dies festus iudeoꝝ) Istud est festū paschale de quo iste euāgelista facit mentionē: ⁊ in isto paschate nō fuit iesus in hirlm: q̄uis eni xp̄s legē seruauerit: tū in hac solennitate non fuit: q: illi q habebāt inimicitias capitales erāt excusati a ꝑcepto legis qua ꝑcipit. oē masculinū apparere corā dn̄o in solennitate paschali: sic aūt erat de xp̄o: q: iudei querebāt eū iterficere. Preterea xp̄s sic seruādo legē ostēdit se esse verū hominē de filijs israel ꝑm carnē: sic aliquādo ꝑtermittēdo obseruationē eius ostēdebat se esse dn̄m supra legem.

e Cū subleuasset) Hic ponit miraculi actus: ⁊ diuidit in tres: q: ꝑmo ꝑmittitur miraculi necessitas: scdo describit eius qualitas ibi. Dixit ergo iesus: tertio ostēdit eius veritas: ibi. vt autē impleti sunt. Primū ostendit tripliciter: scʒ ex ppli multitudine cū dicit (Cum subleuasset ergo oculos iesus ⁊ vidisset q: multitudo maxima venit ad eū) tm̄ eni desiderabāt audire xp̄m qd omiserant portare secū alimentū ꝑpter qd necessariū erat fieri miraculū. Ostēditur etiā hec necessitas ex defectu pecunie cū subdit. f Un̄ ememus panes vt manducent hi) non petit ignorās qd deficeret eis ꝑcuī ʒ vt ex respōsiōe philippi appareret certius miraculū: vnde subdit. g Hoc autē dicebat temptās eū) vt per hoc defect⁹ pecunie alijs ostēderet: sicut geñ. xxij. capi. temptauit deus Abraam: vt eius obediētia alijs manifestaret nō sibi: ꝑpter qd sequit. h Ipse eni sciebat qd esset facturus) q: inquantū hō habuit plenitudinē sciētie a ꝑncipio conceptionis: et inquantū deus oīa nouit ab eterno. i Respōdit philippus: ducentorū denarioꝝ panes nō sufficiunt eis) q̄si dicat pauperes sum⁹ ⁊ tātam pecuniā habere non possum⁹: ⁊ si haberem⁹ nō sufficeret ꝑ eorū refectione: ⁊ iō sequit. k Ut vnusqsqꝫ modicū qd accipiat) iste eni philippus adhuc rudis existēs nō aspiciebat ad ei⁹ virtutē qua de aqua vinū fecerat: nec ad alia signa que frequēter fecerat: ostēdit ꝯsequēter miraculi necessitas ex cibi paucitate. l Dicit ei vnus ex discipulis eius Andreas frater simonis petri) Hic videt melius dispositꝰ q̄ philippus: q: in respōsione sua videt habere respectū ad mltiplicationē panū eo modo quo factum est per heliseum iiij. Regum. iiij. capi. vnde subditur.

betquinque panes ordeaceos ⁊ duos pisces[a] Sed hec quid inter tantos. Dicit ergo iesus[b] Facite homines discũbere[c]. Erat autem fenum multum in loco[d] Discubuerunt ergo viri numero quasi quinqꝫ milia[e]. Accepit ergo iesus panes[f] et cũ gratias egisset distribuit discũbentibus[g] Similiter ex piscibus q̃ʒtum volebant. Ut autem impleti sunt[h] dixit discipulis suis. Colligite que superauerũt fragmenta ne pereant[i] Collegerũt ergo ⁊ impleuerũt .xij. cophinos fragmentorum[k].

a Est puer vnus hic qui habet quinqꝫ panes ordeaceos: ⁊ duos pisces. Sed hec quid sunt inter tantos) quasi dicat etiã si multiplicarentur eo modo quo factũ est per Heliseum: qui de viginti panibus multiplicatis non saciauit nisi centũ viros: in ista magna multitudine hoc esset valde modicũ.

b Dicit ergo iesus) ostensa miraculi necessitate: hic cõsequẽter describitur eius qualitas per multiplicationẽ panũ virtute xpi ⁊ hoc est qd̃ dicitur

c Facite homines discũbere) .i. ordinate sedere ad comedendũ.

d Erat aũt fenum multũ in loco) hoc interponitur ad ostendendũ ꝙ locus erat aptus ad sedendum.

e Discubuerunt ergo viri numero quasi quinqꝫ milia) secundum modũ hebraicum soli viri hic numerantur, a viginti annis et supra vt habetur Numeri primo. Mulieres autem et paruuli hic tacentur.

f Accepit ergo iesus panes) quia in manibus suis multiplicati sunt)

De modo huius multiplicationis habetur Matthei decimoquarto capitulo. qui etiam hic adducitur. De modo autem huius multiplicationis est dubitatio inter doctores: quia non determinatur in littera. Dicunt enim aliqui ꝙ hoc fuit sine additione alicuius materie: sicut de costa Ade formatum est corpus mulieris.: sicut enim deus põtest de nihilo aliquid facere: ita modicum corpus in magnũ cõuertere sine adiectiõe materie. Alij ãt dicũt ꝙ hoc fuit per cõuersionẽ alicuius materie p̃existentis vt aeris vel huiusmodi in substantias panis et piscis: ⁊ hoc videtur Augustinus sentire super Joannẽ .vj: dicens. Inde multiplicauit quinqꝫ panes: vnde ex paucis granis creat segetes. Certum est enim ꝙ segetes creantur ex conuersione materie p̃existentis in segetẽ. Sciẽdum tamen ꝙ christus nõ creauit panes de nouo sʒ p̃existẽtes multiplicauit vt miraculũ esset magis notum: quia talis multiplicatio est magis perceptibilis q̃ʒ creatio.

g Et cuʒ gratias egisset distribuit discumbentibus) idest per apostolos distribui p̃cepit. Sciẽdũ est etiã ꝙ christus aliquando fecit miracula imperãdo vt ostenderet se facere illa virtute ppria. aliquando autẽ orando vt hic cuʒ dicitur (gratias egisset) vt ostẽderet ꝙ talia non fiebant ab eo per demones magica arte vt pharisei dicebant.

h Ut aũt impleti sũt) hic ondit miraculi veritas. Si enim multiplicatio illa fuissʒ tantũ secundũ apparentiam homines non fuissent inde satiati: nec remansissent ibi reliq̃e sensibiles: Ideo ad maiorem declarationem miraculi ⁊ eius publicationem subditur.

i Dixit discipulis suis colligite q̃ superauerũt fragmenta ne pereat) quia p fragmẽta portata alijs qui nõ fuerant ibi publicatũ est miraculũ ⁊ approbatũ: quia vere et nõ ficte reficiebantur.

k Collegerunt ergo ⁊ impleuerũt .xij. cophinos fragmẽtorum) non a casu sed ex diuina dispositione impleti sunt .xij. cophini secundum numeruʒ .xij. apostolorum: vt et per hoc designaretur qd̃ fragmenta

verboꝝ xp̄i per ap̄los per mundū pub licarent. Sed si queratur vn̄ habuerunt illos cophinos in monte? Potest dici ꝙ acceperūt in aliqua villa ꝓpinqua: vel ꝙ fuerūt ibi portati vt venderent multitudi// ni venienti. vel pōt dici ꝙ nō fuerāt ibi cophini sed tm̄ colle/ gerūt de fra

ex quinq; panibus[a] ordeaceis et duobus pi/ scibus que superfue// runt his qui mãduca/ uerãt. Illi ergo homi/ nes[b] cū vidissent ꝙ ie/ sus fecerat signū dice/ bāt[c]. Quia hic est vere propheta: qui ventu// rus est in mundum.

gmentis ꝙ .xij. cophini potuissent im/ pleri: vt bene alibi inuenit talis mod[us] loquendi. a Ex quinq; panibus) hoc etiā facit ad euidentiā miraculi: quia plus remāsit q̄ʒ a ꝑncipio fuit. d Illi ergo (hic ponit miraculi fructus qui ostendit in fidei ɔfessione cū dicit) hic est vere ꝓpheta) Circa qd̄ sciendum ꝙ christus erat ꝓmissus in lege tanq̄ʒ ꝓ/ pheta ceteris excellentior vt habetur Deutero. xviij. cap. Prophetaʒ susci/ tabit: ꝓpter quod viso miraculo predi cto populus cōfessus est illum esse de quo loquit̄ ꝑdicta scriptura: et sic con/ fitebant eum esse verū christū: ⁊ hoc ē quod dicit. b Illi ergo homines ⁊c̄. fecerat signum) alias nō auditū: quia illa multiplicatio que facta fuit ꝑ Heli seum fuit multū deficiēs ab ista vt pa/ tet per ꝑdicta. c Dicebāt ⁊c̄. ventu/ rus est in mundū) ad ipsum saluandū sic autē non venerūt alij ꝓphete: sed so lum ad denunciandū istius aduentū.

Expositio moralis.

Abijt iesus trans mare galilee ⁊c̄) et seqbat euʒ multitudo magna) quia adhuc populares ⁊ pedestres ma gis vadūt ad sermōes ⁊ ad dei deuoti ones q̄ʒ diuites ⁊ equites (facite hoies discūbere) Theophilus: Quiescere fa/ cit xp̄s discipulos suos vt discāt ꝑpositi ꝙ q laborāt in ope ⁊ sermone regem ꝓmerent ⁊ ꝙ nō debēt ɔtinue labora/ re) vn̄ ememus panes vt mãducēt hi) Beda. Mistice declinata die turbas saluator reficit: q: cū sol iusticie ꝓ no/ bis occubuit a spūali media sum[us] sal/ uati. Prouocat ap̄los ad fractionē pa nis. insinuās ꝙ q̄ttidie ꝑ eos sint corda nr̄a pascenda eoꝝ. s. litteris et exēplis

Per quinq; panes intel/ ligunt quin q; libri moy si: et per du/ os pisces ꝓ phete ⁊ psal mi figurant. Duodecim cophini sunt xij. fructus spiritus sancti: qbus refici mur in eucharistie sacramento.

Alia expositio moralis.

Subijt ergo iesus i montē) Mons iste significat monteʒ Caluarie in quo dedit nobis nutrimentū salutis. si cut in hoc monte pauit mltitudinē co piosam: ita ⁊ ibi nobis cōtulit gratiaʒ sufficientē vt dicunt theologi. (Est puer vnus hic) Puer ideʒ est ꝙ pu rus ⁊ mundus ab oī malicia: quo signi ficat xp̄s qui fuit purus ab oī pctō (ha bet quinq; panes) sicut in hoc puero in monte sūt reperti quinq; panes: sic in xp̄o in monte caluarie sunt repte quin q; plage: ⁊ sicut in hoc puero erāt duo pisces: sic in xp̄o due nature. s. hūana et diuina. his eni saturauit. i. saluos fe cit ascendentes in montem idest volē/ tes ascendere in celum. Cetera patent in alia morali expositiōe: excepto ꝙ nō superauerunt de piscibus ex hoc: quia eorum que semel assumpsit nihil vnq̄ʒ dimisit quia verus de[us] et verus homo regnat in celis.

¶ Questio eiusdem Nicolai de lyra.

Ad maiorem euidentiā eorū que dicta sunt hic et alibi de miraculis christi: q̄ ritur. Utruʒ christus fecerit miracula sola diuina virtute? Et arguit̄ ꝑmo ꝙ sic. Dicit eniʒ Leo papa in epistola ad Flauianuʒ. Cum in christo sint due na ture: vna eaꝝ est: scʒ diuina que fulget miraculis. Altera scʒ humana que suc

cumbit iniurijs: ergo sicut se habet hu mana natura ad succūbendū iniurijs: sic se habet diuina ad agendū in ope/ribus miraculosis: sed sola natura hu mana iniurijs succūbit: quia talia pati repugnat deitati: ergo sola natura di/uina agit in opibus miraculosis. Et cō firmat auctoritate psal. cxxxv. s. q facit mirabilia magna solus: ergo sola diui nitas est principiū agēdi miracla. Itē opera miraculosa excedunt totā virtu tem nature create: natura autē huma na in christo creata est: ergo vt videtur in nullo attingit opera miraculosa Cō tra: quia xps per tactum corporis sana bat miraculose vt dicit de muliere pa/tientie fluxū sanguinis Matth. vi. ca. Quotquot autē tangebant eū salui fie bant. Si ergo talis tactus nihil ageret in sanatione pdicta: frustra adhiberet quod nō cōuenit ipsi christo. scilicet ali quid frustra agere: ergo ille tactus ali/quid fiebat: et certū est q ptinebat ad humanitatē: ergo rc. Respondeo. In hac questione sic est pcedendū: q primo videndū est qualiter viri sancti vi/ui vel defuncti quorum miracula scripta sunt in illis operati fuerunt. Secūdo qualiter Christus inquātū homo ope ratus fuerit. Circa primū aliqd est cer tum videlicet q miracula non possunt fieri aliqua vtute tanq̄ pncipaliter a/gente nisi virtute diuina: quia sicut di ctum est operatio miraculosa excedit totam facultatē virtutis create: simili/ter certū est q sancti viri ad miracula possunt operari meritorie: quia freqn/ter expertū est miracula facta fuisse a deo ad pces sanctorum. Sed dubium est vtrū viri sancti in miraculis aliqn ope rati sunt per aliquā virtutē in eis existē tē: nō quia illa sit pncipalis ratio agen di: sed tantū instrumentalis: vt sic de⁹ tāq̄ pncipaliter agēs fecerit miracula p scōs tāq̄ p quedā instrumēta. Et hāc questionē reliquit Augusti. xxij. li. de ciuitate dei insolutā: vbi enarratis mi/tis miraclis martyrum dicit sic. Siue eni deus p seipm miro modo quo res tem porales operat eternus: siue p suos mi nistros ista faciat: et eadē ipsaq̄ p mini stros facit: siue quedā faciat etiā p mar tyrū spūs: siue p hoies adhuc in corpe cōstitutos: siue deus ista p angelos qb⁹ inuisibiliter imutabiliter: incorpaliter imperat operet: vt que p martyres fie/ri dicunt eis orōnib⁹ tantū impetrāti/bus nō etiā operātibus fiant: siue alia istis: siue alia illis modis: q nullo mō cō phendi a mortalib⁹ possunt: et tñ atte/stat fides hec in qua carnis resurrectō pdicat. Btūs tñ Grego. hanc questio nē determinare videt in scdo lib. Dia/logorum. Ubi dicit sic. Qui deuota mēte deo adhereat cū res nō necessitas ex/poscit exhibere signa mō vtroq̄ solēt vt mira queq̄ aliqn ex pce faciāt: aliqn ex potestate cōcessa illis a deo. Et hoc p bat cōsequenter ratiōe et exēplo. Ratio aūt talis est. Cui cōcedit illud quod est maius: nō est mirū si aliqn cōcedat q ē minus. sed maior ē potestas filios dei fieri etiā p adoptionē cū hoc solū sctis cōcedat q̄ miracula operari q etiā ali/qn malis cōcedit: vt habet Math. vij. cap. Sed pmū concedit hoibus sctis fm q dicit Joannis pmo. Quotquot autē receperunt eū dedit eis potestatē filios dei fieri. Itē pbat hoc exemplo quia Petrus suscitauit thabithā oran do. Ut habet Actuū. ix. capi. Ananiā vero et saphiram morti tradidit subito absq̄ oratione: sed solū culpam eorū increpando. Actuū. v. ca. Et sic videtur illud factū fecisse ex aliqua potestate si/bi cōcessa a deo tanq̄ instrumentū di/uine iusticie. Item ad hoc videt facere q gratia dei diuidit per gratiā gratis datam: et per gatiā gratū facientē: et lz aliqn ab aliquibus dictū fuerit q gra/tia gratū faciens nihil ponit in anima tñ gratia gratis data ab oibus cōcedi tur q aliquid ponit i anima: et hoc pa tet manifeste de gratijs gratis datis q̄

vocant sermo sapientie et sermo scien
entie. Prime Corin. xij. ca. Quia signi
ficant quasdã eminentes cognitiones
diuinorũ & humanorũ que ponunt ali
quid i anima: similiter fides: ꝓphetia
genera linguarum: et interpretatio ser
monum. Et eadem ratione videtur ꝙ
gratia sanitatũ et operatio virtutũ: id/
est miraculorũ que ponunt gratie gra
tis date: dicant aliquam virtutẽ in ani
ma existentem. Dicunt tamẽ aliqui ꝙ
ista virtus operantis miracula non est
aliqua virtus mansiua per modũ passi
onis transeuntis sicut et prophetia: ꝓ
propter quod tales non possunt facere
miracula: quotienscũqꝫ volunt nec ꝓ/
phetare. Sed quicquid de cõclusione
ratio tamen non valet: quia sicut dictũ
est talis virtus operandi miracula nõ
est principalis: sed tantum instrumen
talis. Instrumentũ autem operari nõ
potest q̃uis sit perfectum per formaꝫ
suam nisi moueat actualiter per ma/
num artificis: sicut patet ꝙ securis nõ
potest secare nisi per manum artificis
moueat. Et ideo dato ꝙ talis virtus sit
mansiua: nõ potest tamen operari ad
miracula absqꝫ motione diuine virtu/
tis principaliter agentis. Si tamen ta
lis virtus sit mansiua vel per modum
passionis transeuntis solũ: sicut est mo
tio instrumenti cum mouetur ab agẽ/
te principali: nihil dico modo. Itẽ ad
conclusionem inducit illud quod a sã/
ctis et doctoribus catholicis dicit de
sacramentis noue legis: videlicet ꝙ ef
ficiunt qđ figurãt: ita ꝙ tanq̃ quedã in
strumenta diuine misericordie agunt
ad inductioneꝫ gratie ipsam instrumẽ
taliter attingendo: vel saltem aliqueꝫ
dispositionem ad ipsam vt caracterem
vel aliquid simile correspondẽs in sa/
cramentis que non imprimunt chara
cterem: ita ꝙ in sacramentis est aliqua
virtus ad efficiendũ modo ꝑdicto. Et
tamen sacramenta cõsistunt in quibus
dam rebus sensibilibus: et ideo multo
fortius videt ꝙ in animabus sanctorũ
virorum defunctorum vel viuentium
possit poni aliqua virtus diuinitus eis
concessa in operibus miraculosis per
moduꝫ predictũ. Ex dictis patet quid
dicendũ sit de humanitate christi que
est organum seu instrumentũ coniun/
ctum ipsius deitatis: sicut manus est i
strumentum artificis: homines autem
alij q̃tumcunqꝫ sancti non sunt sic cõ/
iuncti: & ideo sunt quasi quedã instru//
mẽta deitatis separata: et adhuc plus
separata sunt ecclesie sacramenta: in/
strumentum autem coniunctũ magis
participat efficatiam agentis principa
lis q̃ separatũ: et ideo talis virtus ope
randi miracula efficatior inuenitur in
humanitate christi q̃ in quibuscunqꝫ
alijs. His dictis potest responderi ad
argumenta. Ad primũ dicendum ꝙ si
mile tenet quantum ad hoc ꝙ sicut hu
manitas in christo fuit ratio patiendi:
sic deitas est ratio & principiũ faciendi
miracula principaliter: non tamen te/
net quantum ad secundũ: quia non re
pugnat humanitati christi operari ad
miracula per modum instrumenti: re/
pugnat autem deitati qualitercunqꝫ
pati. Veruntamen ratione idemptita/
tis suppositi idiomata communican//
tur quia sicut hec est vera: deus passus
est: ita hec est vera demõstrato christo
iste puer creauit stellas. Ad illud qđ in
ducit de psal. Dic ꝙ ly solus nõ exclu/
dit humanitatẽ tanq̃ instrumẽtaliter
agentẽ: sed tanq̃ ꝓncipaliter: et sic in/
telligẽdũ est respectu aliorꝫ scõꝝ: ꝙ so
lus deus facit miracula scꝫ tanq̃ ꝓnci/
pale agens Ad scđm dicendũ ꝙ instru
mẽtũ in ṽtute ꝓncipalis agẽtis bñ at/
tingit ad aliqd qđ excedit facultatẽ ꝓ/
priã cõuenientẽ ei ꝭm se: sic calor natu
ralis in ṽtute aĩe generat carnẽ vt ha/
bet scđo de aĩa. Argumẽta aũt in con/
trariũ cõcludunt tantũ ꝙ humanitas
xp̃i agebat ad miracula sic agẽs instru
mentale & secundarium qđ cõcedit & i

Expositio litteralis.

Quonia͂ ſm ſniam philoſophi.iiij methaphiſice: ad ipm eſſe ſequit ipſum operari: cu͂ oia ſint determinata ꝓprio opere: ideo hic eua͂geliſta declarat diuinitate͂ xpi in opere.ſ. per opera diuina et miraculoſa que ſu͂t diuine virtutis manifeſtatiua quia tranſcendunt virtutez totius nature create: vt patz in preſenti eua͂gelio.

Feria ſcda poſt quartam dominicam. Eua͂gelium ſecundum Joannem.ij.caplo.

In illo te͂pore. Prope erat[a] paſcha iudeorum ꝛ aſce͂dit ihs hieroſolyma͂[a]. Et inuenit in templo[b] vendentes oues ꝛ boues ꝛ columbas[c]: ꝛ numularios ſedentes[e]. Et cum feciſſet quaſi flagellum de funiculis[f]: omnes eiecit de templo. Oues quoqꝫ et boues et numulariorum effudit es ꝛ menſas ſubuertit: et his qui columbas vendebant dixit. Auferte iſta hinc: et nolite facere domu͂ patris mei domu͂ negociationis[g]

a Prope erat) Ponit ergo hic occaſio ꝓnunciandi ſuam reſurrectione͂ futuraz: que no͂ poterat fieri niſi virtute diuina: qm̄ a priuatione ad habitu͂ impoſſibilis eſt regreſſus ſm natura͂. Hec aute͂ ꝓnunciatio ſue future reſurrectōis fiebat qꝛ aſcendens ieſus hieruſale͂ eiecit de te͂plo vendentes ꝛ ementes: quod videbat ꝑtinere ad pſonam ſup populu͂ auctoritate͂ habente͂ Et ideo huius auctoritatis petieru͂t iudei ſignum. Et hec occaſio fuit ꝓdicendi ſignum ſue reſurrectionis: et hoc eſt quod dicit.

b Prope erat paſcha iudeoꝝ) in tribus enim ſolennitatibus in anno tenebant co͂uenire in hieruſale͂.ſ.in ſolennitate paſce: penthecoſtes: et tabernaculoꝝ vt habet Exo.xxiij.cap. Veru͂ tame͂ de feſto tabernaculoꝝ et penthecoſtes aliq͂n diſpenſabat cum illis qui erant a remotis: non tn̄ de ſolennitate paſcali. Chriſtus au͂t vſqꝫ ad paſſione͂ ſua͂ voluit lege͂ obſeruare: et per conſequens in ſolennitate paſcali hieruſale͂ aſcendere et hoc eſt quod ſubditur.

c Et aſcendit Jeſus hieroſolymam) Ex hoc co͂futat error manichei: qui dicit vetus teſtamentu͂ a diabolo eſſe datum: quia chriſtus nullo modo obſeruaſſet ipſum. d Et inuenit in te͂plo) noie templi non accipit hic ipa dom9 dn̄i in qua erat altare thimiamatis et candelabrum nec atriuz ſacerdotu͂ in quo erat altare holocauſtoruz: ſꝫ quoddam atriuz vbi homies orabāt ꝛ doctores etiaz docebāt ibidem: ꝛ etiaz ibi vendebant ea que in templo offerebant: et hoc eſt quod dicit. e Vendentes oues et boues et columbas) et quia talia non poterāt de lo͂ginquo adduci: ideo ſacerdotes cupiditate ducti ſtatuerant homines talia ibi vendere vt venientes de longinquo no͂ haberēt excuſatiooem de oblationibus dimittendis. Aliqui etia͂ eoꝝ no͂ habebāt pecunia͂: ideo ſacerdotes ſtatueru͂t ibi ca͂pſores qui ſub cautione tradebant pecuniam et cum hoc vltra ſorte͂ aliqua munuſcula recipiebant non tame͂ pecuniam ne arguerent manifeſte facere contra legem. Deutero.xxiij.ca. vbi dicit. Non dabis fratri tuo ad vſuram pecuniam: et hoc eſt qd̄ dicit. f Et numularios ſedentes) quia hoc erat illicitum propter cupiditatem ſacerdotum qui diuerſis adinuentionibus depauperabant populum. vt patet ex ꝓdictis: ꝛ quia fraus et tumultus ſolent annecti mercationi que contrariatur orationi: ideo ſequitur.

g Et cum feciſſet quaſi flagellum ꝛc̄) et patet littera vſqꝫ ibi.

a Recordati vero sunt discipuli eius q: scriptū est) psalmo.lxviij. de ipso. b zelus domus tue comedit me) Ex facto enim xp̄i recordati sunt scriptu/re illius ꝛ im pletionis eius de christo Querit̄ hic. Quare nō resistebāt ei cū ipi essēt multi: et ipse so/lus et paruz adhuc repu tatus? Dicē/dum q̄ diuina virtus in illo facto opabatur que ap parebat in effectu cū volebat sicut īfra Joannis.xviij.ca. solo verbo pstrauit eos qui volebant eum capere. Corpus enim xp̄i erat instrumētū diuinitati cō iunctū: et ideo ex oculis eius quidā ful gor exibat virtute diuina eos deterrēs ita q̄ resistere non audebāt. sicut ī pas sione vox illa q̄ erat diuinitatis quodā modo instrumentū pstrauit magnam multitudinē armatoꝝ. Solet etiā q̄ri ab aliq̄bus. Quō fecit flagellū de funi culis q: nō vēdebant ibi funiculi: sed solū illa que debebant in tēplo offerri. Et dicūt aliq̄ q̄ ip̄e xp̄s vtebat̄ funicu/lo p cingulo: ꝛ illū funiculū accepit de quo erat p̄cinctus: et ip̄m duplicando fecit quasi flagellū: q̄uis hoc nō habe atur expresse in textu. tn̄ pbabiliter pōt credi: q: nō oia scripta sunt vt dicit̄ in fine huius euangelij. c Rn̄derūt er go) hic ponit̄ sue resurrectionis p̄nun ciatio: quia occasiōe huius facti petie/runt ab eo signū ipsi iudei dicētes. d Quod signū ostendis nobis q: hec facis) Quāuis enim factū esset bonum de se. tamē non ptinebat ad quemlibet hoc facere: sed solū ad eū qui haberet auctoritatē corrigēdi excessus sacerdo tū: qō nō conueniebat alicui de cōi po/pulo: cū sacerdotes essent in illo popu lo supiores: sꝫ pphetis missis ad hoc specialiter a deo: ꝛ ideo petierūt signū

Recordati vo sunt di scipuli eius q: scriptū est: zelus dom⁹ tue co medit me[a] Responde rūt ergo iudei[c] ꝛ dixe/rūt ei: qō signum ostē/dis nobis quia hec fa/cis[b]? Respondit iesus et dixit eis[c] Soluite tē pluz hoc: et in tribus dieb⁹ excitabo illud[d]. Dixerunt ergo iudei[e]

missionis sue: et ipse dedit eis signum potestatis diuine in suscitatiōe sui cor poris ppria virtute. et hoc est qō dicit̄ e Rn̄dit iesus ꝛ dixit eis: soluite tem/plū hoc) Nō est verbū inductiuū ad h faciendū cū fuerit simpliciter malum ex parte iu/deorum: ad malū autez xp̄s non po/terat inducere: sed ē ver/bū denunciatiuū eius q̄ erat per ip̄os fiendū: quasi dicat (soluite tēplū hoc) i. soluetis: q: in passione xp̄i anima fu/it soluta a corpore: et sanguis a carne: ꝛ cōtinuitas membroꝝ in ꝯfixione cla uorū et lancee. f Et in tribus dieb⁹ excitabo illud) nō dicit post tres dies: quia xp̄s non fuit mortuus tribus die bus cōplete. g Dixerunt ergo) hic ponit̄ sue p̄nunciationis interp̄tatio: ꝛ diuiditur in duo: quia primo ponitur interpretatio iudeorum falsa: secundo interp̄tatio euāgelistę vera: ibi Jlle aūt Circa primū sciendū q̄ iudei petierūt a xp̄o signū non ad credendum ꝛ vene randum: sed magis ad deridēdum et impugnandum qō patet ex hoc q̄ sta/tim impugnauerūt dictū suū: et ideo non fuerūt digni vt p̄diceret eis resur rectionē corporis sui manifeste sed oc/culte: vocans corpus suū templū: ꝛ iō voluerūt arguere dictū suum per ma/teriale templū: et hoc est qō dicitur. h Dixerūt ergo iudei: q̄draginta sex annis edificatū ē templū hoc ꝛc̄) Hoc dicūt deridēdo q̄si esset ei impossibile multo plus derisissent si resurrectionē corpis sui p̄dixisset manifeste: q: diffi/cilius ē resuscitare mortuū q̄ꝫ edifica/re tale tēplū. Sciēdū etiā q̄ nō loquun tur hic de tēplo facto p Salomonē: q: illud fuit edificatū in septē annis vt h̄r iij. Regū. vj. ca. ꝛ ꝑterea q: fuit p Na/

buchodonosor destructũ. iiij. Regũ. vltimo ca. sꝫ loquũt de téplo reedificato post captiuitaté babilonicá. A pmo. n. anno Ciri regis psarũ in q̃ data é pplo licétia redeũdi ꝛ téplũ reedificádi vsqꝫ ad sextũ annũ Darij: sꝫ q̃ ꝯsumatũ é téplũ illud: fluxerũt quadraginta sex ãni: q: iudei impediebãt a natióibus i circuitu eorũ exñtibus in edificatione tépli: iste nũerus patꝫ p hꝫ qa Cirus regnauit. xxx. ãnis. Cambises fili⁹ eius post eũ. x. q: nó cóputatur tps q̃ regnauit cũ pře: post eũ regnauerũt successiue duo magi: sꝫ tps eoꝝ dimittit qa regnauerũt tm̃ septé mensib⁹: qbus successit Darius i cui⁹ sexto anno cõsumatũ est tépli opus: ꝛ ió de isto téplo loq̃bant q: illud stabat in eorum pñtia: et illud oñdebat: vtꝫ in lr̃a Hec aũt. xlvj. annoꝝ accepció accipit ſm expositores latinos ꝛ grecos: ſm hebreos optꝫ alit accipe sic dixi in pncipio libri Esdre. et ix. ca. Danielis: tñ de verificatióe hui⁹ dicti. xlvj. annis edificatũ est téplũ hꝫ. nó est multũ curandũ: q: nó est verbuꝫ xpi nec euágeliste nisi tm̃ referédo: sꝫ é verbũ iudeoꝝ deridédo xpm vt dcm̃ é cótra qué multa falsa dixerũt: vt infra refert euágelista. a Jlle aũt) Hic ponit interp̃tatio vera: qa loq̃bat de corpore suo noie tépli: q: hũanitas christi erat spũale habitaculũ ipius dei: ꝛ hoc est qd̕ dicit euágelista (Jlle aũt dicebat de téplo corporis sui) Hanc aũt interp̃tationé nó cognouerũt tũc apli: qd̕ ptꝫ ex hoc ꝙ postea Petrus audiés ab eo eius passioné futurá voluit eá impedire. Matth. xvj. ca. sed post resurrectioné xpi hanc interpretationé intellexerunt quando aperuit illis sensuꝫ vt intelligerent scripturas Luce vlti. ca. et hoc est qd̕ dicit. b Cũ ergo resurrexisset a mortuis recordati sunt ꝛc̃). scꝫ intelligédo de corpe suo. c Et crediderũt scptu re) scꝫ pphetarũ loquentiũ de xpi resurrectione futura tertia die. Osee. vj ca. Uiuificabit nos post duos dies ꝛ i die tertia suscitabit nos. hoc dixit propheta q: resurrectio christi fuit causa resurrectionis nostre. Et Jone secũdo dicit: quia Jonas fuit tribus diebus ꝛ tribus noctibus in ventre ceti in figura ipius christi. d Et sermoni quem dixit iesus) quia tunc p ceperunt impletionem verbi illius. e Cum auté esset) Hic vltimo ponitur fructus denũciationis ꝛ predicationis christi: quia christus existens hierosolymis in festo paschali populũ docuit et multa miracula fecit ad confirmationé sue doctrine: ex quibus multi fuerunt moti ad credendũ: ꝛ hoc est quod dicitur. e Cũ autem esset hierosolymis in pascha in die festo) nó accipitur hic dies pro vna die naturali: vel artificiali tantũ: sed p toto tempore solénitatis pasche que durabat per septé dies continuos. f Multi crediderunt in nomine eius) credentes ꝙ ipse esset vere christus. g Uidétes signa eius que faciebat) Sicut eni sufficienter ostenditur veritas subiacés facultati naturali intellectus qñ reducit ad prima principia per se nota: ita veritas excedés facultaté intellectus qualis erat ista quádo cófirmatur per opera diuina: quia certũ est ꝙ deus nó pot test esse testis falsitatis: ꝛ ideo quando

q̃draginta ꝛ sex annis edificatũ est téplũ hoc ꝛ tu in tribus dieb⁹ excitabis illud? Jlle autem dicebat[a] de templo corpis sui. Cũ ergo resurrexisset a mortuis[b] recordati sunt discipuli eius: quia hoc dicebat de corpe suo et crediderunt scripture[c] et sermoni qué dixit iesus[d] Cum autem esset[e] hierosolymis in pascha i die festo: multi crediderũt in nomine eius[f]: videntes signa eius q̃ faciebat[g]:

Ipse autem iesus non credebat semetipsum eis[a]: eo qđ ipse nosset omnes[b]: et qa opus ei non erat[c] vt quis testimoniū perhiberet de homine[d]. Ipse enī sciebat qd esset in homīe.

Feria .iiij. post q̄rtam dn̄icam .xl. Euāgeliū scđm Joannē .vij. cap.

ad confirmationē alicuius doctrine inducit opus diuinū. sufficienter ostenditur q dictum est in illa esse verū. Ueruntamen quia in illis credētibus aliqui erant adhuc impfecti: ⁊ aliqui iungebant eis q erāt tm̄mō ficti: iō xp̄us adhuc nō reuelabat eis altiora mysteria catholice fidei: qa ficti indigni erāt audire: ⁊ impfecti adhuc nō poterāt cape: pp̄ter qđ etiam ipsis ap̄lis dixit iesus Joānis. xvj. cap. Multa habeo vobis dicere sed nō potestis portare mō: ⁊ hoc est qđ dicit. a Ipse aūt iesus nō credebat semetipm̄ eis) altiora mysteria. s. fidei reuelādo: ⁊ sb̄ditur cā. b Eo q ipe nosset oēs) scʒ istorū impfectionē ⁊ illoꝝ fictionē. Modus per quē cognoscebat hic ostenditur. c Et quia opus ei nō erat) idest necesse. d Ut quis testimoniū perhiberet de homine) idest vt mentē ⁊ statum cuiuslibet hoīs cognosceret p informationē alterius: q: hoc sciebat pfecte per semetipm̄: propter hoc sequitur. e Ipse enim sciebat quid esset in homine). i. in mente ⁊ statu cuiuslibet hominis. Et ex hoc euāgelista ōn̄dit ipm̄ esse deum cuius propriū est scire secreta cordium.

Expositio moralis.

Et prope erat pascha iudeorū ⁊c̄) sequitur(⁊ inuenit in templo vendentes oues ⁊c̄) p oues intelligunt hypocrite qui mentē lupinaʒ habent sub ouina pelle: per boues qui sūt laboriosi significātur illi qui magnos labores sustinent pro principibus ⁊ prelatis vt per hoc promoueant in ecclīa: licʒ insufficientes sint ⁊ indigni. Per vēdentes colūbas: simoniace promoti: omēs istos eiecit de templo christus. Significans q sunt exclusi de templo glorie sancto dei(Soluite templum hoc ⁊c̄) q intelligitur litteraliter de solutione corpis xp̄i p mortē: vt dr̄ in littera: per qđ significatū fuit: q iudei post ascensionē xp̄i conarent soluere corpus ei⁹ mysticū: sed in tribus dieb⁹ fuit suscitatū: p q̄s dies significant doctrine miracula: ⁊ exempla vite in apostolis aliisq; discipulis per hec ecclesiam illuminantibus: sicut sol ⁊ luna(Ipse aūt iesus non credebat semetipm̄ eis) idest nō reuelabat altiora mysteria eis sm̄ sensum litteralē quia aliqui erant imperfecti nō potentes capere ea: ⁊ aliqui ficti querentes ea deridere: et in hoc instruit predicatores euāgelij: vt non p̄dicent simplicibus alta: sed crassa ⁊ capibilia quia sunt nutriendi lacte ⁊ non solido cibo: nec fictis fidei secreta mysteria ne derideant ipa pp̄ter quod dicit saluator Matth. vij. capi. Nolite sanctū dare canibus neq; mittatis margaritas ante porcos: neforte conculcent eas pedibus suis.

Questio fratris Antonij Betontini zelus domus tue comedit me. Joānis primo ca. Super q̄bus verbis queritur. Utrum homo quādoq; possit turbari ⁊ irasci sine peccato? Ad quod breuiter dicit ex sn̄ia durādi Alexandri et Alexādri de ales in scđo volumīe: q triplici modo hoiem irasci siue turbari qn̄q; cōtingit. Uno mō rōne nature sicut plerisq; sepius euenire solet: qui pp̄ter inclinationē nature ad passionē irascibilitatis subito cōturbantur. Hec quidē ira si vltra p̄mos motus pcedere non cognoscit: nullius culpe a doctorib⁹ extimat. Nam pho teste. primi motus non sunt in ptāte nr̄a. Alio

modo rōne vindicte offensiōis hūane q̄ illis euenire cōtingit: q̄ ꝓpter aliquā offensionē humanā propriā vel alienā se vindicari ex indignatiōe appetunt: cū ex iniuria accēso sanguine circa cor irascuntur ⁊ conturbant̄. Et hi quidē si vindicta leui vindicari se vellent venialiter tantūmodo peccarent. Un̄ glo. sup illud psal. Irascimini et nolite peccare: dicit. Uenialis est ira q̄ non perducit ad effectuȝ .i. ad graue proximi nocumentū. Ultimo modo hominē irasci ⁊ cōturbari cōtingit rōne vindicte offensionis diuine: sicut iratus est Moyses cōtra ydolatras: vt Exo. xxxij. cap. legit̄. Et helias cōtra sacerdotes Baal: vt in tertio volumine Regū. xviij. cap. scribit̄. Et hec ira q̄ ꝓprie vocatur ira p zelū cuȝ virtus sit nō prohibetur: si rationis ordine ꝓcedere cognoscat̄: scilicet vt nemo ad vindictam procedat: nisi sit talis ꝙ iniuriaȝ dei vindicare ex officio sibi contingat. Nam. xxiij. q. ij. In hoc cap. siue dicit̄. Pena nulli inferenda est nisi p iudicem: In duobus p̄mis locis ira ex impatientia cognoscit̄ procedere. In vltimo ex zelo ⁊ diuine charitatȝ amore. Un̄ Greg. in q̄nto li. talit̄ inq̄t. Alia est ira quā impatientia excitat: Alia quaȝ zelus format Illa ex vicio: hec ex vtute generatur: Illa per viciū oculos mētis excecat: Ista per zelū turbat: Inde autem mens turbat̄ ne videat: Inde pro ficit vt ad videndum verius clarescat: sicut infirmanti oculo cū colirium immittitur lux p̄mitus negatur. Sed inde eam post paululum veraciter respicit: vnde hāc ad tempus salubriter admittit. Hanc igitur iram per zelū christus dominus noster habuit hodie: q̄n facto flagello de funiculis: ementes et vendentes eiecit de tēplo: cū de eo scriptū esset. zelus dom⁹ tue comedit me.

In illo tempore. Jam die festo [a] mediante: Ascendit Jesus in templū: ⁊ docebat [b]. Et mirabātur iudei [c] dicentes. Quomodo hic litteras scit: cum non didicerit?

Expositio litteralis

In hac lectione euangelista agit de origine christi doctrine manifestando eam quare sicut predictum est: pater debet filijs nutrimentū ⁊ documentum. Primo igit̄ de manifesta origine doctrine xp̄i ponit̄ occasio. scd̄o de origie doctrine xp̄i sua naturalis manifestatio. Secunda ibi. Respondit eis iesus. mea doctrina ⁊c. Circa primum est sciendum ꝙ locus aptus ad predictam manifestationeȝ erat ciuitas hierosolymitana: vbi ad diem festum veniebat populus. et ideo ad manifestationem talem ascendit hierusalem. a Jam die festo) Hic ponitur occasio manifestationis que est admiratio turbe in doctrina christi. Et ideo debet ostendere vnde originaretur excellentia sue doctrine: et hoc est quod dicit̄. a Jam autem die festo mediāte) Dies festus hic dicitur totum tempus illius solennitatis: que durabat per septem dies: et sic mediū huius festi erat in quarto die et tunc. b Ascendit iesus in templū et docebat) quia ibi erat locus aptus ⁊ communis sane doctrine.

c Et mirabantur iudei) propter rem insolitam: credebant eum ipsum filium esse Joseph: et per consequens occupatum in labore corporali: sciebant etiam ipsum non esse exercitatum in studio. et tamen videbant eum excellentissime docentem: legis et prophetarum testimonia proferenteȝ: et ideo merito mirabantur: vnde tanta excellentia doctrine originabantur. et hoc est quod dicitur (quomodo hic litteras scit cum non didicerit.

a Reſpōdit ieſus) Hic cōſequenter exprimit̄ origo illius doctrine: ⁊ diuidit̄ in duas: q: p̄mo oſtendit doctrine ſue originē. ſcđo inuitat ad ip̄am : ibi. nouiſſimo aūt. p̄ma in duas q: primo oñditur origo doctrine. ſecundo origo docētis: ibi. dicebāt ergo Prima in tres q: p̄mo ꝓponit intentū. ⁊ ſecundo ꝓbat propoſituȝ: ibi. ſi q̄s voluerit: ⁊ tertio ꝯcludit: ibi. nolite iudicare. In p̄ma ergo ꝑte ꝓponit ꝙ doctrina ſua eſt a patre originaliter dicēs. b Mea doctrina non eſt mea) q̄ſi dicat. iſta doctrīa q̄ eſt mea approbatiue ⁊ ſubiectiue. nō eſt mea per exercitiū acq̄ſitiōis hūane. c Sed eius q miſit me). i. data eſt mihi a p̄re: q: filius ſm naturā diuinā: lȝ hēat eandē ſciam cū p̄re: tñ hȝ eā ab ipſo vt ſuperius freqūnter dictū eſt. ſm v̄o naturā humanā hȝ aliā ſciam. ſ. creatā: non tñ hȝ eā ꝑ exercitiū acquiſitā: ſed ab inſtanti ꝯceptiōis infuſam: et ſic ſoluta ē q̄ſtio q̄ querebāt (quō hic lr̄as ſcit cum nō didicerit) Alio mō exponit Auguſtinus dicēs. Qđ filius eſt verbū p̄ris: et q: verbū alicuius idē eſt ꝙ doctrina ſua: iō ſequit̄ ꝙ filius ſit doctrina p̄ris Filius igit̄ eſt doctrina ꝑ idēptitatem: nō tñ ꝑ originē: q: a ſe nō originat̄ ſed a patre. Eſt igit̄ ſenſus ſm Auguſtinū (Mea doctrina nō eſt mea) quaſi dicat Ego q ſum doctrina p̄ris: nō ſuȝ a meipſo ſed a p̄re: Expoſitio tñ prima magis ꝯcordat littere. d Si quis) Hic ꝯñter ꝓbat ꝓpſitū ſcȝ ꝙ ſua doctrina ſit a p̄re ſibi data: ⁊ diuidit̄ in duas: q: p̄mo inducit ſuā ꝓbationē. ſcđo remouet quandā obiectionem: ibi. Nonne Moyſes. Prima in duas: ſm duas ꝓbationes quas inducit: ſecunda. ibi. q a ſemetipo. Prima ꝓbatio procedit ex aliorū iudicio. Amor eni et odiū multum peruertūt iudiciū recte rationis: et ideo monet eos vt amoueant odiuȝ ꝙ cōtra ip̄m cōceperant: et tunc poterunt manifeſte iudicare ꝙ ei⁹ doctrina ſit a deo p̄re eā ꝑ miracula teſtificante: quia non p̄ot eſſe teſtis falſitatis vt ſupra dictū eſt: ⁊ hoc eſt quod dicitur.

Rn̄dit eis ieſus et dixit[a] Mea doctrina nō eſt mea[b]: ſed eius qui miſit me[c]. Siquis voluerit voluntatē eius facere[d] cognoſcet de doctrina mea[e] vtrū ex deo ſit[f]. an ego a me ipſo loquar[g]. Qui a ſemetipſo loquit̄[h]: gloriam propriaȝ querit[i] Qui aūt querit gloriam eius qui miſit eū[k] hic verax eſt[l] Et iniuſticia in illo non eſt[m]. Nonne Moyſes[n] de/

d Si quis voluerit voluntatem eius facere) ſcȝ p̄ris celeſtis ꝑuerſam affectionē a ſe abijciendo. e Cognoſcet) ideſt vere poterit iudicare quia paratus ſum eius iudicio cōmittere. f Utrū ex deo ſit an ego a meipſo loquar) non eſt ꝑ hoc intelligendū ꝙ filius in aliquo poſſit a patre diſcordare: quia hoc eſt impoſſibile: ſed loquit̄ eis ſm eorū opinionē: quia reputabant eū purū hoiem. quare dicit. g An ego a meipſo loquar) gloriā humanā falſo querendo vt vos exiſtimatis. h Qui a ſemetipſo) hic cōſequenter ꝓbat ꝓpoſitū proprio facto: q: in doctrina ſua querebat gloriā patris celeſtis: ⁊ ſic ꝑtȝ ꝙ illa doctrina erat a deo. Omne eni qđ eſt ad dei gloriā ordinatū: ab ipſo eſt. ⁊ hoc eſt qđ dicitur. h Qui a ſemetipſo loquit̄) falſa de ſe fingendo. i Gl̄iam ꝓpriā q̄rit) q: ſuꝑbia excitat illū ad ſic loquendū. k Qui autē querit gl̄iam eius q miſit illum). i. dei patris. l Hic verax eſt) in doctrina. m Et iniuſticia in illo nō eſt) q: irrep̄henſibilis eſt in vita. Sic aūt faciebat xp̄s qa ſtatū pauꝑtatis ⁊ obiectionis elegit: ⁊ gloriaȝ dei in omnibus queſiuit. ⁊ patȝ ꝓpoſituȝ. n Nonne moyſes) Hic remouet quā

dam obiectionē q̄ posset fieri in cōtrarium: q: possent dicere ⁊ de facto dicebāt. Tua doctrina nō est a deo q: legez dei datā moysi nō custodis violādo sabbatū. Hoc eni eis imponebat. Hāc aūt obiectionez remouet dupliciter. Scda ibi. rn̄dit iesus. Primo igitur remouet obiectionez p̄dictā p hoc dato q̄ eēt transgressor legis: nō tn̄ habebant titulū arguendi ipm cum essent transgressores legis manifeste in maiorib⁹:

dit vobis legem: ⁊ nemo ex vobis facit legē[a]? Quid me queritis interficere[b]? Respondit turba[c] et dixit: Demoniū habes[d]. Quis te q̄rit interficere? Respondit iesus[e] et dixit eis. Unum opus feci[f] et omēs miramini[g], propterea Moyses dedit vobis circūcisionem[h]

Et hoc est quod dicit. n Nōne moyses dedit vobis legē) q. d. vos estis obligati ad eius obseruationez magis q̄z ego: quia ſm veritatem non erat obligatus. a Et nemo ex vobis facit legem) qd̄ probat per effectū dicens. b Quid queritis me interficere) lex eni prohibet interfectionē innocētis: et q: non poterant irrationabiliter respōdere: cōuerterūt se ad conuitia. vn̄ sequit. c Respōdit turba) idest homines turbati. d Demoniū habes) qd̄ patet manifeste falsum: q: demonia expellebat (quis te querit interficere) q. d. nos nō q̄rimus: ⁊ in hoc mentiuntur sicut ⁊ in p̄mo: q: querbāt mortem eius: vt patet in p̄ncipio hui⁹. e Respondit iesus) Hic alio modo excludit obiectionē predictam ostendens eam falsam. ex hoc eni dicebant eum transgressorez legis qd̄ languidū sanauerat die sabbati: vt patet Joā. v. cap. ⁊ tn̄ in hoc nō fuit transgressor. Et hoc idem ostendit alio modo. s. per circumcisionē quā licite accipit homo in sabbato: et hoc est qd̄ dicit. e Rn̄dit iesus et dixit eis) reprimēdo eorum malitiam. f Unuz opus feci) scz notum nobis. g Et oēs miramini). i. turbamini. q. dicat q̄ztum turbaremini: vt si videretis oia facta mea male interptantes ea. h Propterea Moyses dedit vobis circūsionez) in legez eam scribendo.

nō quia ex moyse est[i]: sed ex patribus[k] et in sabbato circūcidit[l] hominē[l]. Si circumcisionem[m] accipit homo in sabbato: vt non soluatur lex moysi: mihi indignamini[n] quia totū hominē sanum feci in sabbato: Nolite iudicare[o] scd̄m faciē: sed iustū iudiciū iudicate[p].

i Nō q: ex moyse est). s. primo. k Sz ex patribus) q: data est tempore Abrae: vt patet Geñ. xvij ca. et sic patz q̄ circūcisio est maioris auctoritatis q̄ȝ data est ipi Abrae: q erat pater p̄ncipalis ppl̄i. l Et in sabbato circūciditis hoiem) absq; legis trāsgressione: q: p̄ceptū est q̄ octaua die circūdat puer: ⁊ iō si octaua dies sit in sabbato circūdit puer: nec aliq̄ trāsgressio reputat. ex hs arguit saluator. m Si circūsionē accipit homo in sabbato vt nō soluat lex Moysi) vt ptz p p̄dicta. n Mihi indignami q: totū hoiez sanū feci in sabbato) q. d. hs est valde irrōnabile: q: magis licita et melior sanatio hominis in anima ⁊ corpore q̄z sit ipsa circumcisio et magis ad gloriam dei. o Nolite iudicare) Hic ex predictis concludit intentum. scz q̄ eius doctrina sit a deo si recte consideretur: ⁊ hoc est quod dicitur. o Nolite iudicare scd̄m faciem). i. attēdentes ad id quod non pertinet ad rem: quod fit quando amor vel odiū attendit p̄pter qd̄ aliter q̄z scd̄m veritatē iudicatur. p Sed iustum iudicium iudicate) idest de doctrina mea ⁊ de factis meis iudicate. ſm naturam rei in se. et tunc inuenietis quod est a deo ſm veritatem.

a Dicebāt ergo) Declarata origie doctrine. hic ondit origo doctoris: ⁊ diuidit in duas: q: pmo circa h ponit ppli dubitatio. scdo xpi solutio: ibi. clamabat ergo. ¶ Circa pmū sciēdū q multi de pplo sciebāt pncipes q̄rere mortē christi: ideo cuz vidissent eū in palam docentem: ⁊ pncipes arguentē ⁊ ipsos nō cōtra dicere: crediderūt fortius ipm esse xpm trahentes argumentū ex facto principū: qui non capiebant cum cū tamē prius ad mortem quererent eū: quasi ipsi de nouo haberent noticiam q ipe esset vere christus eis promissus: ⁊ ideo ab eius persecutione cessassent: ⁊ hoc est quod dicitur.

Dicebāt ergo qdā[a] ex hierosolymis. Nōne hic est: quē querūt iudei interficere[b]: Ecce palā loqtur[c] ⁊ nihil ei dicūt[d]. Nūquid vere cognouerūt pncipes[e] quia hic est xpus. sed hunc scimus vnde sit[f] Christus aūt cum venerit: nēo scit[g] vn̄ sit[h].

Clamabat ergo iesus[i] in templo docēs[k] ⁊ dicens[l]. Et me scitis[m] et vnde sim scitis ⁊ a me ipso non veni[n]: sed est verus q misit me[o] quē vos nescitis[p] Ego scio eum[q]. Et si dixero q: nescio eū. Ero similis vobis mēdax: sed scio euz quia ab ipso sum[r]

a Dicebant ergo quidam ex hierosolymis) Isti enim melius sciebāt malicias principum q̄z alij: qa manebant cum eis in ciuitate.

b Nonne hic est quem querūt iudei interficere) toto conatu suo.

c Ecce palam loquitur) contra eos vt patet per predicta. quia dixit nemo ex vobis facit legem.

d Et nihil ei dicunt) idest ipsum nō capiunt: quia bene aliqua verba ei dicebant: vt patet ex predictis.

e Nunquid vere cognouerunt) quasi dicat. videtur q sic eo q desistunt ab eius persecutione: veruntamē quia non habebant certitudinem: sed tantum opinionem. ideo etiam arguebāt ad contrarium dicentes.

f Sed hunc scimus vnde sit) quia patriam et genus eius cognoscebant.

g Christus aūt cū venerit nemo scit) idest nemo sciet. h Unde sit) Istud aūt accipiebant ex scriptura Isai. liij. capi. que ad litteraz intelligit de xpo. Generationez eius quis enarrabit. Et Isai. xlv. Uere tu es deus abscōditus saluator isrl

i Clamabat) Posita dubitatione populi circa originem xpi: hic ponitur pdicte dubitatiōis solutio: ⁊ diuidit in duas q: primo declarat xpi origo: Scdo ex hoc oritur turbe diuisio: ibi. Querebant. In prima ergo parte dicitur sic.

i Clamabat ergo iesus) in quo ostendit magnitudo sui effectus ad nostraz informationē. k In tēplo docēs) vt oēs possent eū audire. l Et dicēs) eorū dubitationi respōdendo.

m Et me scitis) quantū ad humanitatem: patriā ⁊ genus cognoscendo: sed quantū ad diuinitatē me nescitis. Iō sequit. n Et a meipso non veni) sed a patre quē ignoratis. o Sed est verus qui me misit) quia i hoc impletur pmissum de filij missione p Quem vos nescitis) quia deū nemo vidit vnq̄z vt patet primo capitulo. ⁊ proinde me nō cognoscitis: cū sim eius filius naturalis equalis ei in natura deitatis.

q Ego scio euz) q: inquantum dei filius habet eandez scientiā cū pre: ⁊ sic eū comphendit: sm etiā q hō cū clare videt a pncipio licet nō comphēdat inquātū homo ⁊ causa huius noticie subditur: cum dicitur.

r Quia ab ipso suz et ipe me misit) p hoc enim q procedit a patre in natura diuina habet scientiam primā que est

scientia cõprehẽsionis: per hoc autez q missus est in natura humana ad salutem mũdi: habet in natura humana plenitudinẽ gratie z sciẽtie que põt in natura creata recipi. a Querebant ergo) hic cõsequẽter ponitur ppli diuisio: sequẽs ad respõsionem christi: qr ea audita maligni exarsert i malicia: et boni fuerunt in fide solidati: z hoc est qd dicit.

et ipse me misit. Querebant ergo eum apphendere[a]: z nemo misit in illuz manus[b]: qr nondum venerat hora eius[c]. De turba autez multi crediderunt in eum[d] ¶ Feria.iiij. post quartam dominicam quadra. Euangeliũ sm ioãnẽ.ix. ca. In illo tẽpore Preteriẽs ihs[e] vidit hominẽ cecũ a natitate[f] Et interrogauert eũ discipli ei⁹

a Querebant ergo eum apprehẽdere) ad occidẽdum malignantes b Et nemo misit in illum manus) quia nõ poterant explere maliciã in effectu nisi quantũ permittebat: ideo sequit c Quia nondum venerat hora eius) i. ab eo ordinata de captione sua. d De turba aũt multi crediderũt in eum) ppter eius doctrinã z miracula ¶ Expositio moralis.

Quarta die festiuitatis) q̃ erat media eo q septem diebus durabat festum (Ascendit iesus in templũ z docebat populum) qui diebus preteritis intentus fuerat sacrificijs z oblatiõib⁹ cõsuetis: et per hoc docuit predicatores euãgelij vt sm sapiẽtis verba. Tẽpus tacendi cõsiderẽt z tẽpus loquẽdi

¶ Questio fratris Antonij betontini. Quid me queritis interficere. Joãnis.vij.capitulo. ¶ Ex quibus verbis queritur. Quotuplex est vel potest esse homicidiũ? Ad qd ex epistola Clementis respondet: que de penitent. di. prima cap. homicidiorum: notat: vbi dicit. Homicidiorũ vero tria genera esse dicebat beatus petrus et penam eorum parilem fore dicebat. sicut enim homicidas interfectores fratruz: ita z detractores eorum eosq3 audientes: homicidas esse manifestabat: quia z qui occicidit, et qui odit fratrem suum: et qui ei detrahit pariter homicide eẽ demõstrantur. Ex his verbis clare cõprehẽditur: q homicidiorum aliud est operis: quod interfectores hominũ operantur. Aliud oris z aliud cordis et de quolibet istorũ in presentiarũ minime dicendum esse cõstituo sed tãtum de homicidio operis propter concordiã lectionis euangelice in qua continet q iudei querebant interficere christum vnde dicebat eis: quid me queritis interficere.

Expositio litteralis.

Preteriẽs iesus) postq̃ christus ondit se habere virtutem illuminatiuam verbo: Hic cõsequenter hoc ostẽdit sensibili signo: et diuiditur in tres: quia primo ponitur quedam miraculi prefatio. Scdo miracli operatio: ibi. et cum hec dixisset. Tertio miraculi facti examinatio: ibi. Itaq3 vicini. Precedentia miraculum sunt duo. Secundum ponitur: ibi. respondit Jesus Primum quod fuit precedens ipsum miraculum et eius occasio fuit discipulorum interrogatio de ceco nato: et hoc est quod dicitur.

e Et preteriens iesus) in exitu templi de quo dictum est in fine precedentis capituli.

f Uidit hominem cecum a natiuitate) quia ibi sedebat mendicans elemosynam ab ingredientibus templũ z diligẽter intuitus est eum Jesus: vt dicit Crisosto. quasi vellet aliqd agere circa eum: z ideo discipli moti sunt ad querẽdũ de causa cecitatis ei⁹ dicẽtes

Rabbi quis peccauit[a] hic aut parentes eius vt cecus nasceref? Respondit iesus[b]. Neqz hic peccauit neqz parētes eius[c]: sed vt manifestentur opera dei in illo[d] Me oportet operari[e] opera eius q misit me[f] donec dies est[g] Uenit nox quando nemo pōt operari[h] Quādiu in mūdo sum[i]: lux sum mūdi. Hec cū dixisset[k] expuit i terrā et fecit lutū ex sputo[l]: et liniuit lutū sup oculos ei[9][m] et dixit ei. Uade et

a Rabbi quis peccauit) Ex hoc eni q supra dñs sanādo languiduz dixerat. Jam noli amplius peccare ne deteri9 tibi cōtingat: ostendēs q peccatū fuerat causa illius languoris: vt ibi dictū fuit: iō apostoli cōsimiliter credide rūt de isto ceco nato: q̄d peccatū ipi9 vel parentū eēt causa huius cecitatis b Respōdit iesus) hic ponitur scdm pambulū ad miraculū scilz xpi respōsio: ex qua oñdif q cecitas cōtigit vt virtus diuina in eius sanatione declararetur: et hoc est quod dicif c Neqz hic peccauit: neqz parētes ei9 vt cecus nasceref) Non negat simpliciter ipsuz peccasse vel parētes eius: sed solū illud de quo interrogaf: quasi dicat: nec peccato pprio cecus natus est q: ante natiuitatē peccare non potuit: in quo apparet questio aplor ridiculosa quantū ad hanc partē: nec mirū: q: adhuc rudes erant añ receptionē sancti spiritus: neqz peccato parentū ptigit: lz eni parētes pro peccatis suis aliqñ puniant in filijs mōstruosis inquātū talia mōstra ex diuina iusticia nascūtur: tñ frequēti9 fit sine pctō scz ppter indispositionē materie vel debilitatem virtutis que est in semine: verumtamē quāuis talia sint a casu respectu nature create: sunt tamen ordinata respectu diuine prouidentie: et aliquādo ordinantur ad declarationē diuine virtutis in operibus miraculosis et sic erat de isto: iō sequif. d Sed vt manifestenf opa dei in illo) in eius mirabili illuminatione: vnde subditur.
e Me oportet operari) Jstud nō importat coactionem voluntatis in christo sz imobilitatē ei9 a diua ordinatiōe

e Non manifeste) idest cum magna comitiua ne daret iudeis occasionem maioris inuidie.

f Sed quasi in occulto) in hoc cõde/scendens fidelibus qui timore mortis occultandi erant.

g Iudei ergo) postquam euangelista de scripsit aptitudinẽ temporis ad mani festandũ originẽ sue doctrine. hic con/sequẽter describit occasionẽ manifesta/tionis dicte. Et diuidit in duas: scd'm duas occasiões huiusmodi manifesta tionis. Secunda ponitur ibi. Iam au tem die festo. Prima occasio fuit inue stigatio iu/deorũ xp̃m querentiuz. Quorũ aliq eum quere/bãt vt inter/ficerent Alij autem vt do ctrinã ei9 de/uote audi/rent: et ideo debuit ap/parere ⁊ do/cere: vt ostẽderet quod mali nocere nõ po terant nisi quantuz permittebat: sicut enĩ se occultãdo ostẽdit infirmitatẽ hu manitatis: ita cõfidẽter inter inimicos appaeendo ⁊ existendo oñdit potenti am deitatis. Debuit etiã apparere pro pter bonos vt eius doctrinam origina tam a deo ostẽderet: vt attẽtius eũ de/siderarẽt: ⁊ hoc est qđ dicitur.

g Iudei ergo querebant eũ in die fe/sto) duplici de causa vt dictum est.

h Et dicebant vbi est ille) q: illi q que rebant eũ ex odio dedignabant eũ no/minare ꝓprio noĩe. Illi aũt qui quere bant euz ex deuotione: ita reputabant eum famosum ⁊ autenticũ: quod nõ opor tebat exprimere nomen ꝓpriũ: ⁊ ideo quantum ad eos sensus est (vbi est ille) quasi dicãt: vbi est ille: qui tantus ⁊ ta/lis est ⁊ facit tot miracula.

i Et murmur multus erat in turba de eo) propter contrarietatem opinio/num de eo: ideo sequitur.

k Quidã enim dicebant quia bonus est) approbãdo ei9 doctrinã ⁊ miracľa.

l Alij autẽ dicebant non: sed seducit turbas) ex hoc isti malignãtes dicebãt turbas esse seductas ab eo patet quod ma ior pars secundum numerum dicebat

contrariū: quia erant principes popu/
li illi q dicebāt eū seductorem vn̄ seqꝫ.
a Nemo tamen palam loquebať de
eo) scilicet in bonū.
b Propter metum iudeorū). s. illorū
de tribu iu/
da. lꝫ enī oēs de pplo ali/ quando no/ minarentur iudei: tamē

Nemo tamen palam loquebatur de illo[a]: propter metum iude/ orum[b].

specialí modo sic noīantur illi de tri//
bu iuda: ⁊ isti grauius mouebanť con
tra xp̄m: eo ꝙ in scripturis xp̄s erat ꝓ/
missus de tribu eorum: ipsi autē repu/
tabant istum galileum et ab eis extra/
neum ꝓpter qd̄ etiaꝫ sacerdotes repu
diabāt eū: vt diciť in fine huius capli.

Expositio moralis

Ambulabat iesus in galileam ⁊c̄)
per hoc ostendit xp̄s ꝙ aliqn̄ dan
dus est locus ire maxime qn̄ psonalis
est psecutio: sicut videtur fuisse in pro/
posito (transi hic ⁊ vade in iudeā) Isti
loquebanť tanqꝫ humana gloria esset
per se querenda qd̄ est falsum propter
qd̄ xp̄s eis non acquieuit: vt daret no/
bis exemplum talem gl̄iaꝫ non querē/
di. Ueruntamē q: propter hoim ver/
ba: doctrina salutis non estꝰ omittēda
iiij. die festiuitatis que erat media: eo
ꝙ septem diebus durabat festū: ascen/
dit iesus in templum ⁊ docebat popu
lum qui diebus preteritis intentus fu
erat sacrificijs ⁊ oblationibus consue/
tis: ⁊ per hoc docuít predicatores euā
gelij vt scd̄m dictum sapientis: tēpus
tacendi considerent ⁊ tēpus loquendi
in sequētibus autem mihi non occur/
rit aliquid mysticum notabile

¶ Questio fratris Antonij betontini
Tēpus aūt vestrum semp est paratum
Joan. vij. capi. In quibus verbis q̄riť
Utrū absēte sacerdote: aliqs ad ꝯfessi/
onem obligeť. Cui petitioni breui/
ter respondetur: ꝙ aliquē ad confessio
nem obligari tripliciter pōt intelligi.

Precepto scꝫ et cōsilio: atqꝫ de ꝯgruo
Precepto vero soli sacerdoti fiēda est
confessio. Unde magister sententiarū
distint. xvij. quarti libri: taliter inqt.
Sacerdotis examen requirendum est
studiose q: sacerdotibꝰ concessit de
us potesta// tem ligandi atqꝫ soluēdi

Feria. iiij. post dn̄icaꝫ de passione Euāgeliū secundū Joannē deci/ mo capitulo.

cum dn̄s vt Johan. xx. capi. scribitur
discipulis dixit. Accipite spirituꝫ san/
ctum quorum remiseritis peccata re//
mittuntur eis: ⁊ quorū retinueritis re
tenta sunt. Hinc autem Matthe. viij.
capi. scriptum est ꝙ leproso dominus
ait. Uade ⁊ ostende te sacerdotibꝰ. Ex
quibus colligitur ꝙ absente sacerdote
christianus ad confessioneꝫ ex necessi/
tate non obligatur: licet quantum pōt
eum diligenter requirere teneť. Pro/
inde magister sententiaruꝫ vbi supra
capi. nunc pus: ait. Nec est vere humi
lis penitēs: si non desiderat ⁊ requirit
sacerdotis iudicium. Consilio autem
etiam laico christianus confiteri tene/
tur: vnde de peni. distin. vj. capitulo.
Qui cōfiteri dicitur. Tāta itaqꝫ est vis
confessionis: vt si deest sacerdos confi/
teatur proximo. De congruo similiter
hoc intelligitur: propterea magister
vbi supra dicit. Si defuerit sacerdos
proximo vel socio confessio est facien/
da: hoc autem de congruitate: non de
necessitate intelligi debet. s. qn̄ vt Ric.
⁊ doctor subtilis dicūt copia sacerdo/
tis nō habeť: lcꝫ saluo meliori iudicio
vrgente periculo mortis hāc ꝯgruita/
tem p me ⁊ hoc consiliū nō tenerē pro
pter multa pericula atqꝫ scādala q̄ in/
de oriri pn̄t. Sed q: vos hodie sacerdo
tū copiā habetis: iō dn̄s vob ait. Tēps
āt vr̄m semp ē paratū. s. p ꝯfessioēꝫ: in
qua etiaꝫ triplex error sepius cōmitti
solet. Et vnꝰ eoꝝ dř hūiliatiōis. alř pu
rificatiōis. Ultimꝰ vō secreti retētiōis

In illo tp̄e Facta sūt aūt[a] encenia[b] i ierosolimis ⁊ hiems erat[c] Et ambulabat iesus in templo in porticu salomonis[d] Circumdederunt[e] ergo eum iudei et dicebant ei[f] Quousqȝ animam nostrā tollis? Si tu es christus[g] dic nobis palam[h]. Respondit eis iesus[i]. Loquor vobis et non creditis[k]

Expositio litteralis.

b Facta sunt aūt) Hic describit iudeorum malignitas xp̄m persequēdo: ⁊ primo verbis: scd̄o factis: ibi Sustulerūt ergo lapides Prima in duas: q: primo ponit iudeorum interrogatio malilgna. Scd̄o xp̄i respōsio vera: ibi. rn̄dit eis iesus Circa p̄mū describit eorum interrogatio quant ad tēpus et locū ⁊ interrogādi modū. Tēpus tangit cū dicit. b Encenia facta sūt in hierosolimis) idest festū dedicationis tēpli. Encenia eni idē est ꝙ innouatōes: ⁊ dicit ab en ꝙ est in. ⁊ cenos nouū qd̄ fit qn̄ aliqua res noua suo vsui applicat: in dedicatione autē templū applicat vsui. Sciendū tn̄ ꝙ festū non erat prime dedicationis que facta est a salomone: quia illa facta est .x. die septēbris in autūno vt hr̄. iij. Regū. viij. capi. Nec etiā scd̄e dedicationis que facta est sub zorobabel tēplo reedificato: q: illa fctā est in martio tp̄e vernali: sed fuit festū illius dedicatiōis seu innouatiōis que facta est sub Juda machabeo qn̄ purificatū fuit tēplū ab Antiocho epiphane prophanatū vt hr̄. j. machabe. iiij. cap. q̄ purificatio facta fuit vigesimaquinta die noni mensis apud iudeos vt hr̄. j. machabe. iiij. ca. q p maiori parte cōiter ꝯcurrit cū decēbri apd̄ nos: ⁊ iō ad hoc denotandū addit c Et hiems erat) ⁊ sic patȝ tp̄s. Locus aūt designatur cū dicit d Et ambulabat iesus in tēplo in porticu Salomonis) noīe templi intelligūtur atria ⁊ loca ad domum domini pertinentia. Erat autē ibi quidam locus edificatus vbi Salomon stabat ad orandū qui dicebatur regis oratorium. Sed contra hoc videtur ꝙ omnia que edificauerat Salomon in templo fuerunt combusta per caldeos vt habetur. iiij. Regum vltio. capitu. Dicendum ꝙ alia porticus fuit reedificata i templo ad similitudinem prioris: et ideo retinuit nomen precedentis: sicut frequēter fit in edificijs reparatis: ⁊ sic patet interrogationis locus: subditur etiam interrogandi modus e Circundederunt ergo eum iudei) vt citius eum in verbis caparent f Et dicebant ei: Quousqȝ animam nostram tollis) idest crucias dimittendo nos in suspenso: per hoc innuētes ꝙ vellent eius dicto stare ⁊ eum libenter sicut christuȝ recipere cū tamē haberent cōtrarium in corde. g Si tu es christus dic nobis palam) Nō querunt si tu es filius dei: quia de hoc non curasset Pilatus q erat gentilis apud quē intendebant eum accusare: sȝ querunt si tu es xp̄s: idest vnctus: que vnctio dedebatur regibus: ⁊ p cōsequēs si respōdisset se esse xp̄m statiȝ accusassent eum presidi vt rebellare volentem contra imperatorem romanū cui subditi erant iudei: ⁊ aspirare ad regnuȝ. Eadem etiam de causa dixerunt h Dic nobis palam) vt possent cōtra eum habere testimonium. i Respondit iesus) hic ponitur christi vera responsio in qua p̄mo ostenditur iudeoꝝ malignitas: scd̄o discipulorum xp̄i benignitas: ibi. Oues mee: in p̄ma ergo pte dicit sic. k Loquor vobis ⁊ nō creditis) .q.d. Uos q̄ritis verba exprimentia ꝙ ego sim xp̄s nō ad veritatem intelligendū: sed magis

Opera que ego facio in nomine patris mei[a] hec testimonium perhibēt de me. Sed vos non creditis: quia nō estis ex ouibns meis[b] oues mee[c]: vocē meā audiunt[d] ⁊ ego cognosco eas[e]: et sequūtur me[f]. Et ego vitam eternam do eis[g] et nō peribunt in eternum: ⁊ non rapiet eas quisq̄z de mãu mea[h]. Pater meus qđ dedit mihi[i]: maius est omnib⁹ Et nemo potest rapere de manu pr̄is mei[k], Ego ⁊ pr̄ vnuz sumus[l] Sustulerūt ergo lapides iudei vt lapidarēt eum[m] Respondit eis iesus[n]. Multa bona opa oñdi⁹ vobis ex patre meo: ꝓpter qđ eorū op⁹ me[p] lapidatis.

ad calūniandū: q: si illa dicerē nō crederetis: qđ ꝓbat ꝯsequēter dicens.

a Opa q̄ ego facio in noīe pr̄is ⁊c̄) sicut patet Jo.iiij.cap. Efficacissimū argumentū ad ꝓbandū veritatē excedētem natura, lē facultatez intellect⁹ sūt opa miraculosa: ⁊ tamē illis nō credebāt cū tn̄ fierēt ad declarationez deitatis ihu xpi. Causa āt incredulitatis eoꝝ subdit cū dicit.

b Sed vos nō creditis: q: nō estis ex ouib⁹ meis) .i. innocētes ⁊ hūiles: sed supbi ⁊ maligni: et iō dei iudicio excecati. Cōsiderandū q̄ i hac respōsione xp̄s nō dixit expresse se esse xp̄m quē querebāt: sed dicit aliqd equalens vel maius vt respōderet veritatem ⁊ excluderet calūnie maliciam.

c Oues mee) hic ꝯsequenter oñdit discipuloꝝ suoꝝ benignitatē dicens.

c Oues mee) .i. hūiles qb⁹ reuelatur veritas vt hr̄ Matth.x).ca d Vocē meā audiūt) credēdo corde ⁊ obediendo ope. e Et ego cognosco eas) non solū noticia visiōis sed etiā approbationis ad vitā eternā f Et sequūt me) hic in pn̄ti p grāz ⁊ in futuro q gliaz iō sequit. g Et ego vitā eternā do eis) loquit eni hic de illis q sunt oues eius nō solū ꝺm pn̄tē iusticiā: sz etiā ꝺm p̄destinationē diuinā que frustrari nō pōt h Et nō rapiet eas q̄sq̄z ď manu mea) p violentiā: qđ ꝓbat tali ratione.

i Pater meus qđ dedit mihi) .i. ipa deitas quā hēo a pr̄e: q: oia excedit in ifinitū k (Et nēo pōt rape) cū eni sit infinite potētie nihil pōt ab eo auferre per violentiā. l Ego ⁊ pater vnū sumus) in virtute et potentia: sicut in deitate vt supra dictum est: ergo nēo potest rapere oues de manu mea. Notandū aut qđ ex hoc verbo saluatoris. (Ego et pat vnuz sum⁹) excludūtur duo errores cōtrarij: circa articuluz sanctissime trinitatis. Sabelli⁹ enī posuit i deo vnitatē psone sicut ⁊ essentie: ⁊ hoc remouetur cum dicitur Ego ⁊ pater vnum sumus) Si enim pater et filius essent vna persona dixisset: sum in singulari. Arrius autem econtrario posuit diuersitatem essentiarū sicut et personarum ⁊ hoc excluditur per hoc cuz dicitur hic: vnum. Si enim pater ⁊ filius haberent diuersas essentias non diceret vnum neutraliter: sed plura

m Sustulerunt ergo lapides) hic cō sequenter ostenditur malignitas iudeorum in facto: et diuiditur in duas q: primo christus refrenat eorum seuiciam. Secundo excludit impositam sibi blasphemiam: ibi. Responderunt iudei. In prima igit parte dicit sic.

m Sustulerūt ergo lapipides iudei: vt lapidarent eum) moti liuore inuidie: non amore iusticie absq̄z legis ordine: vt supra dictum fuit in casu simili.viij.capitulo.

n Respondit eis iesus) dulciter eos reprimendo. o Multa bona opera ostendi ⁊c̄) scilicet veritatē docēdo infirmos curādo: ⁊ alia miracla faciēdo

p Propter qđ eoꝝ opus me lapidatis) cū tn̄ ex hoc me honorare deberetꝫ

a Responderunt) Hic cõsequẽter excludit blasphemiã sibi impositã: ⁊ diuiditur in duas: q: primo huiusmodi blasphemia imponit: ⁊ scđo excludit ibi. Respõdit. In prima ergo parte dicitur sic.

Responderunt[a] ei iudei: De bono ope nõ lapidamus te[b]: sed de blasphemia[c]: et quia tu homo cum sis: facis teipsum deũ. Respondit eis iesus[d]. Nonne scriptum est in lege vestra[e]: quia ego dixi dij estis? Et si illos dixit deos[f] ad quos sermo dei factus est[g]: ⁊ non potest solui scriptura[h] quem pater sanctificauit:[i] ⁊ misit ĩ mũdũ[k] vos dicitis quia blasphemas: quia dixi[l] filius dĩ sũ. Si nõ facio[m]

a Responderunt ei iudei) dicẽtes b De bono opere nõ lapidamus te sed de blasphemia) in dictis eorũ patet cõtradictio: quia loquebantur sicut furiosi: testificantur enim eũ facere bona opera in miraclis cum dicũt. b De bono opere) scʒ qđ facis: ⁊ tñ dicũt hic eũ blasphemũ cuʒ dicũt. c Sed de blasphemia) ista eni sunt incõpassibilia q: miracla xpi fiebant ad testimoniuʒ bonitatis eius ⁊ ideo cũ essent bona opera et diuina: non poterãt fieri ad testificandum aliqđ falsuʒ: qđ tamẽ esset si ille esset blasphemus ad cuius testimoniũ fierent. Ista aũt cecitas in eis ꝓcedebat ex eo ꝙ solũ humanã naturã in xpo considerabant: iõ subdit (q: tu hõ cũ sis facis teipsuʒ deũ d Respõdit eis) hic consequẽter iesus excludit crimẽ blasphemie sibi impositũ: ⁊ hoc dupliciter: primo excludit illud per scripturaʒ. scđo per rationẽ: ibi. Si nõ facio. Circa primum sciendum ꝙ sacra scriptura cuʒ sit a đo ĩspirata: nõ põt esse falsa. Ipa aũt attribuit deitatẽ hoibus sanctis et ꝓphetis: et ipi xpo: aliter tñ q: deitatẽ ꝑticipatiue tm̃ attribuit alijs a xpo: sicut iudices locũ dei tenẽtes dicunt dij Exo.xxj.cap. Dñs domus applicabit ad deos: ⁊ ibidẽ. Dijs nõ detrahes ⁊c. Xpo aũt attribnit deitateʒ proprie dictam. scđm qđ habet Iere.xxiij.capi. Ecce dies veniũt dicit dominus: ⁊ suscitabo Dauid germen iustum: sequit postea. Hoc est nomẽ qđ vocabũt eum dñs iustus noster: ⁊ vbi habemus dñs ponit nomẽ dñi tetragramaton in hebreo: qđ nullo mõ attribuit alicui nisi deo. Ex hoc vero Iõ patet quod sicut scriptura veteris testamẽti attribuit alijs a xpo deitateʒ participatiue dictam. Ita ipsi xpo deitatẽ proprie dictam

Scđm hoc igitur exponẽda est littera d Respõdit eis iesus) declarando se non esse blasphemum dicendo se esse deum vel dei filium naturalẽ qđ idem est: qđ probat per scripturã dicens. e Nonne scriptũ est ⁊c: quia ego dixi dij estis) hoc habet in psal.lxxxj. et dicitur de iudicibus et prophetis: iõ subditur. f Si illos dixit deos) participatiue. g Ad quos sermo dei factus est) sicut fuerũt ꝓphete ⁊ iudices h Et nõ potest solui scriptura) idest nõ potest dici qđ contineat falsum i Quem pater sanctificauit) idest me ipsum: queʒ sanctificauit idest sanctũ generauit ab eterno secundum deitatem: vel sanctificauit idest plenitudine gratie adimpleuit quantuʒ ad humanitatem.

k Et misit in mundum) ad saluandum ipsum sicut predictum erat per prophetam.

l Uos dicitis quia blasphemas quia dixi filius dei sum) quasi diceret: irrationabiliter loquimini: quia scriptura sacra que solui non potest: expresse loquitur de diuinitate mea: vt patet ꝑ predicta m Si non facio) Hic cõsequẽter excludit crimẽ blasphemie sibi impositũ per rationẽ. Circa qđ sciẽ

dum q̄ oīa determinant̄ ꝓprio opere vt habetur .iiij. Methauroꝝ: ideo per ꝓpriā operationē certificamur de natura rei. Xp̄s aūt faciebat opera diuinitatis ꝓpria .s. miracula totā facultatem creature transcendentia: et etiam v̓tute ꝓpria: qꝛ non solum faciebat illa obsecrando diuinā potentiam sed aliqn̄ imperādo: ex quo concludit q̄ in eo vere erat natura diuina et per ꝯsequēs nō erat blasphemus dicendo se esse deuz vel dei filiū: et hoc est q̄ dicitur. a Si non facio opera patris mei ⁊c̄) ideo concludit ex operibus. b Ut cognoscatis et credatis qꝛ pater in me est et ego in patre) inquātū ē vna natura amboꝝ sicut et vna operatio

opera patris mei. noli te credere mihi[a] Si: autem facio: et si mihi non vultis credere: operibus credite. Ut cognoscatis et credatis quia in me est[a] pater et ego in patre[b].

Expositio moralis

Ego et pater vnū sumus) Augustinus. Utrūqz audi vnū et sumus et a caribdi et scilla liberaberis: q̄ dicit vnū liberat te ab Arrio: q̄ dic̄ sum⁹ a sabellio (Sustulerūt ergo lapides iudei) Hilarius Nūc hereticoꝝ furor dn̄o in celis sedēte pari infidelitate dictis nō obedientes odiū impietatis exercent verboꝝ lapides iaciūt et si possent de trono suo in crucem detraherent.

¶ Q̄ fr̄is Antonij betontini sup v̓bis Si nō facio opa p̄ris mei nolite credere mihi Jo .x. ca. In qb⁹ v̓bis q̄rit̄ Cui sacerdoti sit faciēda ꝯfessio? Ad h̄ breuit̄ dico ſm doctoris n̄ri Durādi sniaz q̄ tria sūt necessaria ꝯfessori cui faciēda est ꝯfessio vt sufficiēter possit penitētibus ꝓuidere. vita .s. scia: et auctoritas. Primo igit̄ ꝯfessori ē necessaria vita honesta .s. et d̓uota q̄ ꝓbat̄: vbi enim de ꝯfessorib⁹ d̄r p̄ma petri .iiij. ca. Sic boni dispēsatores m̄tiformis gr̄e dei: adeo vt d̓ ip̄is illō apl̄i ad cor .iiij. c. dicere valeāt. Sic vos existimet hō vt ministros xp̄i et dispēsatores misterioꝝ dei. Et Augu. ait sicut de peni. dist̄ .vj. c. j. dicit̄. Sacerdos cui oīs peccator offertur: et ante quē statuit̄ oīs languor: in nullo eoꝝ iudicand⁹ sit: que in alijs iudicare est ꝓmptus. Judicās eni aliū q iudicandus est seip̄m cōdēnat. Scd̄o necessaria ē ꝯfessori scia q̄ sic̄ ꝓbat̄ qꝛ nll̄us artē aliquā docere p̄sumit nisi p⁹ ip̄e didicerit. Difficilior āt ars nll̄a ē vtiqz aiaꝝ regie. vn̄ Gre. l. pastoral. c. j. ait. Nll̄a ars doceri p̄sumit̄ nisi p̄us itēta meditatiōe discat̄. Ab ip̄itis ego pastorale magisteriū q̄ temeritate suscipit̄. ita et qn̄ est ars artiū et regimē aiaꝝ Quis cogitationū vulnera maiora esse nesciat vulneribus viscerum tamen sepe qui p̄cepta sp̄ūalia cordis nō nouerūt se medicos ꝓfiteri nō metuūt: dūqz pigmētoꝝ seu ꝯfectionū vim nesciūt videri medici corpis n̄ erubescūt. Tertō necessaria etiā est ꝯfessori Auctoritas q̄ possit absoluere penitētes. Et lz hic ille text⁹ q .xxxij. di. ca. ad hoc a Gratiano denotat̄ deduci posset vbi dicit̄. Ceteꝝ scismaticoꝝ et hereticoꝝ sacr̄a: qm̄ extra eccl̄iam sunt: iuxta sc̄toꝝ patrū traditiones .s. Pellagij Grego. Cip̄ani: Augusti. Hierony. formā qdē sacr̄oꝝ nō āt v̓tutis effectū h̄re ꝓfitemur. in quorū nūero ſm Hostiē. publici fornicarij et symoniaci et eoꝝ ſm Tho. mediatores nūerant̄: p̄cipue cū symōiaci hodie sint excōicati: tn̄ qꝛ p ꝯciliū ꝯstātiense statutū est: vt a quocūqz sacerdote: dūmō ab ecl̄ia tolleret̄ sacr̄a recipiat̄. oia h̄ p̄termittere statui. Solū h̄ sciēdū est q̄ cū sacerdos nō soluit nisi ligādo ad aliqd faciēdū: ille sol⁹ absoluere pōt vt dictū ē. Nā sacerdotib⁹ dūtaxat ioānis .ij. ca. dn̄s ait. Quorū remiseritis pctā remittunt̄ eis: et q̄ꝝ retinueritis retēta sūt. Et tn̄ nō oīs sacerdos sz ꝓprius qꝛ lz oib⁹ sacerdotib⁹ clauis auctoritatis

in consecratione tribuat:nõ tamẽ exe/
cutio eius. Proprius vero sacerdos':
vt habet ex sacris et ex glosa sup cap.il
lo. Ois vtriusq3 sexus.ille est qui illi/
us hȝ cura ordinariá vt papa: legatus
diocesanus:
eps:ꝛ presbr
parochialis
et breuit ois
ille q ab istis
habet iuris/
ditionẽ dele
gatam idest
cui aliqs p/
dictoruȝ co/
mittit aucto
ritatẽ audiẽ
di cõfessiões
absoluẽdi et
pnias iniun
gendi. Ex q
bus apparet ꝙ fratres minores ꝛ pdi/
catores qui a plerisq3 summis pontifi
cibus Alexandro et Clemente et alijs
auctoritatẽ habent audiendi cõfessio/
nes ex permissione epi irrequisitis pa/
rochialibus et etiã contra velle episco/
pi:si ex malitia nõ pmitterent proprij
sacerdotes vocari debent. Et ideo est
quia illud quod cõuenit alicui ex ordi
naria iurisdictione:potest ipse cõmit/
tere alteri habenti ordinem cõuenien/
tem ad illud officiũ exequendũ:sicut a
quo extra de ꝯsecra.ecclesia.aperte no
tatur. Illi ergo confitent habenti au/
ctoritateȝ a papa etiam inuitis epis si
malitiose cõtradicere voluerint: et ab
eodẽ absoluunt vere sunt absoluti:nec
eadẽ pctã in numero tenent suis' paro
chialibus cõfiteri. hoc de pdicatorib⁹
ꝛ minoribus patet in extrauagãti Jo.
xxij.ca.q.incipit. Uas electionis ꝛc̃.

Expositio litteralis.

Descripta confirmatione doctrine
christi signo visibili in suscipiẽdo
filium vidue vt supra dictum est. hic
consequenter eiusdem confirmatio de

Feria.v. post dñicam de passione Euangelium sm Lucam.vij.ca.

In illo tẽpore. Rogabat ihȝ qdã pharifeus vt mãducaret cũ illo. Et ingressus i domũ pharisei discubuit[a]. Et ecce mulier[b] que erat in ciuitate peccatrix vt cognouit ꝙ iesus accubuit in domo pharisei attulit alabastrum vnguẽti:ꝛ stans retro[c] secus pedes ei⁹ lachrymis cepit rigare pedes eius[d]. Et capillis capitis sui tergebat[e] ꝛ osculabat pedes eius[f]: et vnguento vngebat[g]. Uidens autẽ[h] phariseus qui vocauerat euȝ:

scribitur facto inuisibili: videlicet per
remissionẽ peccatoꝝ mulieris pecca//
tricis vbi pmo describit locus cũ dici
tur. a Et ingressus domũ pharisei
discubuit) Legit aũt christus mandu
casse cũ pec/
catoribus vt
eos ad peni
tentiá puo/
caret:vt ha/
betur Mat.
ix.ca. Jtẽ cũ
amicis fami
liarib⁹ vt eo
rum deuoti/
onem nutri/
ret: vt dicit
Joan. xij.c.
d martha et
maria. Jteȝ
cũ cognatis
pauperibus et eorũ inopiam supple//
ret vt habet Joan.ij.ca. de nuptijs vbi
deficiente vino christus aquá vertit in
vinum. Jtẽ cũ phariseis supbientibus
vt eorũ superbiá cofutaret: put hic ha
bet vt videbit psequendo. b Et ec/
ce mulier) de peccatis suis plene ꝛ per
fecte cõtrita. c Et stans retro) quia
pre verecũdia sui peccati nõ audebat
se anteponere. d Lachrymis cepit
rigare pedes eius) ex quo patet magni
tudo cõtritionis ex qua tantũ fleuit ꝙ
poterant lauari pedes vnius hois nu/
dis pedibus incedentis. e Et capil
lis capitis sui tergebat) quib⁹ ante ad
cõpositionem vultus sui fuerat abusa
f Et osculabatur pedes eius) vt totũ
deo seruiret in penitentia quicqd ex se
deum cõtempserat in culpa: sm quod
dicit Gregorius. g Et vnguento vn
gebat ad refrigeriũ caloris ꝛ mitigati/
one doloris ex labore itineris. h Ui
dens autem) Hic consequenter ponit
pharisei indignatio: vnde subdit.
i Ait intra se dicens? Hic si esset pro/
pheta) verus sciens occulta.

a Sciret vtiqꝫ que et qualis est mu
lier) et per consequens nō pmitteret se
tangi ab ea. b Et respondens iesus)
ad cōfutationem illius: per hoc eni ꝙ
respondit ad eius cogitationē que soli
deo nota est
ostendit se
plusqꝫ pro//
phetam.

c Duo de/
bitores ⁊c̄).
Parabola ē
vt conueniē
tius conclu/
datur cōtra
phariseum
de responsi/
one que sub
ditur cuꝫ di/
citur.
d Respon
dens Simō
⁊c̄) q: amor
in humanis
plerūqꝫ cau
satur ex pre
cedentibus
donis: ⁊ per
conseqnens
maior amor ex maioribus donis.
Hic consequenter christus redarguit
phariseum ex triplici defectu pietatis
cum dicitur et conuersus ⁊c̄ sequitur.
e Intraui in domum tuam: aquam
pedibus meis non dedisti) qui tamen
erāt fessi et dolentes ex labore itineris
et lutosi seu puluerizati eo quod sine
calciamentis incedebat. Secundo re/
darguit eum ex defectu charitatis cū
dicitur.
f Osculum mihi non dedisti) quod
est amicitie signum. Tertio ex defectu
hilaritatis seu leticie que nomine olei
designantur vt dicitur psalmi. lxiiij.
propterea vnxit te deus deus tuus ⁊c̄
Tria autem dicta requiruntur in ho//
spitalitate gratiosa: et econtra laudat

ait intra se dicēs[i] Hic
si esset propheta sciret
vtiqꝫ que ⁊ qualis est
mulier[a] que tangit eū
q: peccatrix est. Et rñ/
dēs iesus[b] dixit ad illū
Simō habeo aliquid
tibi dicere. At ille ait.
Magister dic. Et rñ/
dens iesus dixit. Duo
debitores[c] erāt cuidā
feneratori: vnus debe
bat denarios quingē/
tos ⁊ alius qnquagin
ta. Nō habentibus il/
lis vnde redderent: do
nauit vtrisqꝫ. Quis er
go eū plus diligit? Re
spondēs simon[d] dixit.
Estimo q: is cui plus
donauit. At ille dixit
ei: Recte iudicasti. Et
cōuersus ad mulierē
dixit Simō vides hāc
mulierem? Intraui in
domum tuam: aquaꝫ
pedibus meis nō dedi
sti[e]. Hec autē lachry/
mis rigauit pedes me
os: ⁊ capillis suis tersit
Osculum mihi nō de
disti[f]: hec autē ex quo
itraui nō cessauit oscu
lari pedes meos Oleo
caput meū non vnxisti
Hec aūt vnguento vn
xit pedes meos: ꝓpter
qḋ dico tibi: Remit/
tuntur ei peccata mul/
ta[g]: qm̄ dilexit multū.
Cui aūt minus dimit
titur minus diligit[h].

mulierē de triplici perfectione oppo/
sita: vt patet in littera et ideo conclu/
duntur.
g Remittunt ei peccata multa) videt
aūt ꝙ deberet dici cōtrariū: q: primo
predixerat
donum esse
causaꝫ amo/
ris: Hic au/
tem econtra
rio infert a/
morem esse
causaꝫ doni
Dicendū ad
hoc ꝙ pri//
mo in para/
bola loque/
batur modo
humano vbi
amor ex do/
no causatur
sed in appli
catione pa//
rabole ad ꝓ
positum con
uertit se ad
loquendum
de amore di
erga nos: q
non proce//
dit ex bonis meritis nostris: sed ma//
gis causat bonum in nobis: et ideo cō
uenienter concludit dicto modo. Uel
aliter potest dici ꝙ in peccato sunt duo
remittenda scilicet culpa et pena. Cul
pa auteꝫ ex dei liberalitate remittitur:
cum nullum bonum meritorium pos/
sit esse in nobis sine gratia quam non
habemus ante culpe remissioneꝫ: sed
habita gratia et culpa dimissa: adhuc
remanet pena remittenda: ad cuius re
missionem facit bonum opus nostruꝫ
charitate informatum et de hac remis
sione loquitur dominus: vnde sequit.
h Cui autem minus dimittitur: mi/
nus diligit) Remissio autem culpe aut
nulla est: aut totalis simul: sed remis/
sio pene sit per partes et nō tota simul

de communi cursu: licet aliquando fiat tota simul propter feruorem penitē tis et ex liberalitate dei: ⁊ hoc fuit in ꝓposito in hac muliere: ideo sequit̄.

Dixit autem iesus ad illā. Remittuntur tibi peccata tua[a]. Et ceperunt qui simul discumbebant dicere intra se. Quis est hic qui etiam peccata dimittit[b]? Dixit autē ad mulierez. Fides tua te saluā fecit[c] Vade in pace

a Remittunt̄ tibi peccata) non soluz q̄tuz ad culpaz: sed etiā q̄tuz ad penam ex vehementi amore dī ⁊ horrore peccati p̄teriti. b Quis ē hic) hoc dicebāt qa videbant tantū humanitatē exterius apparentē: sed ignorabant deitatē interius latentem que potest peccata dimittere. c Fides tua te saluaz fecit) quia ista fides fuit formata charitate: et ideo fecit habentē dignam vita eterna. De ista muliere peccatrice dubitāt aliqui doctores vtrum fuerit maria soror lazari vel alia. De quo dictū est qd sentiant doctores Joānis .xij. cap. ibi enim hoc posui quia prius scripsi sup ioannē: q̄z super lucam.

Expositio moralis

Rogabat autē illum quidam phariseus ⁊c̈) per mulierem peccatricem ad dñi pedes accedentem significatur quelibet persona vere de peccatis penitens et contrita: ad quod requiritur ꝙ sicut deum offendit per culpaz ita seruiat ei per penitētiā: ad Roma. vj c. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditie ⁊ iniquitati ad iniquitatem: ita exhibete nunc seruire iusticie in sanctificationez. et sic fecit mulier ista: vnde dicit Gregorius Omelia xxv. Liquet fratres ꝙ illicitis actibus prius mulier intenta vnguentum sibi pro odore sue carnis adhibuit: ꝙ ergo sibi turpe exhibuerat hoc iam deo laudabiliter offerebat. Oculis terrena cōcupierat: sed hos iam per penitentiaz conterens flebat. Capillos ad compositionem vultus exhibuerat: sed iam cum capillis maculas tergebat. Ore superba dixerat: sz pedes domini osculans hoc in redemptoris sui vestigia figebat. quot ergo in se habuit oblectamenta: tot dē se iuenit holocausta. Cōuertit ad virtutum munera numerum criminum: vt totum seruiret deo in penitentia quicquid ex se deuz contempserat in culpa (Videns autez phariseus ⁊c̈) per istum qui christum notauit de ignorantia et mulierem de immunditia significatur hypocrita de sua falsa iusticia presumens et alios cōtēnens qr sicut dixit Joānes os aureuz Vera iusticia compassionem habet: falsa vero indignationē: ꝓpter qd̄ iste phariseus arguitur de pietatis omissione in modicis respectiue: et mulier commendatur de maioribus valde cum dicitur (Intraui in domum tuaz: aquam pedibus meis non dedisti. Hec autem lachrymis ⁊c̈: propter quod sibi dicitur. Remittuntur tibi peccata tua.

Questio fratris Antonij betontini.

Ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix vt cognouit ꝙ iesus accubuisset in domo pharisei attulit alabastrum vnguenti: et stans retro secus pedes eius lachrymis cepit rigare pedes eius Luce .vij. cap. ¶ Ex quibus oritur questio: que talis est. Utrū ad peccati deletionem necessaria sit ipa contritio? Ad quod breuiter dicitur secundū durandum nostrum. Quod cum peccatum sufficienter per actum voluntatis possit nasci: sufficienter per eundem actuz valet vtiq̄z dissolui. Nam vt Joannes criso. ait. et ponitur extra de regulis iuris. Unumquodq̄z ꝙ per quascūq̄z causas nascitur per easdē dissoluitur. Cū igitur per actum volendi ad quem se/

quitur delectatio peccatum nascatur per actum nolendi ipsiusmet voluntatis ad quem sequitur tristicia: oportet vt destruatur. Sed quia secundu beatum Augustinum. nihil est magis in potestate hominis: q̄z ipsa voluntas deus autem non requirit ab homine nisi quod est in eius potestate. Hinc Ecclesiastici xv. scribitur. Ante hominē vita ⁊ mors bonum et maluz quod placuerit ei dabitur illi. Propterea vt doctor noster Franciscus ait Illud est simpliciter necessarium sine quo finis vltimus haberi non potest: sicut medicina infirmis vel apostematis incisio necessaria est: quia sine ipsa sanitas non habet. Cuz felicitas igitur que finis vltimus et necessarius humani generis est que per peccatum amittitur sine contritōe haberi nō possit: nemini dubium esse debet q̄ summe necessarie eiusdem generis sit ad salutez. Quid enim vtilius sacramento baptismi: de quo Joan. iij. caplo. scribitur. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non intrabit in regnum celorum: ⁊ tamen in adultis sine contritione non valet: quia ficte baptizatur qui de peccato non dolet: vnde sacramentum: et non rem sacramenti suscipit qui ficte ad eum accedit Q̄ð preterea necessaria est eucharistia cum Joan. vj. ca. dicat. Nisi mãducaueritis carnem filij hominis: ⁊ biberitis eius sanguinem non habebitis in vobis: et si quis sine contritione cōmunicaret: iudicium sibi mãducaret et biberet: Juxta illud apostoli ad Corinth. xj. cap. Qui manducat et bibit indigne iudicium sibi manducat ⁊ bibit. Super hec omnia quid maius dicere possumus de passione domini: de qua vt Joãnis. xj. cap. scribitur: Caiphas dixit expedit vt vnus homo moriatur ꝑ populo et non tota gens pereat. Et luce vltimo cap. dicit. Oportebat pati christū. Et tñ sine contritione nō ꝓdest. nam si oppositū teneretur: ita iudam sicut latronez saluari potuisse crederetur: quod non tantum dicere: sed etiam cogitare nepharium est. Et propterea cum tantam virtutem habeat ipsa contritio: sine ea profecto non valet vlla confessio. Sepius enim sine confessione ad salutem proficit ipsa cōtritio. vnde propheta. Dixi inquit confitebor aduersum me et tu remisisti impietatem peccati mei Et hieronymus ait. O lachryma humilis: tua est potētia: tuum regnuz: tribunal iudicis nō vereris: cunctorum tuorum peccatoꝝ accusatoribus silentiuz imponis: nō est qui te vetet accedere: si sola intras vacua non redibis: magis crucias diabolum q̄z pena infernalis. Quid plura? vincis inuisibilē: ligas omnipotentem: inclinas filium virginis: hec ille.

Feria sexta post dominicam de passione. Euangelium secundum Joannem vndecimo capitulo.

In illo tēpore Collegerūt pontifices[a]: ⁊ pharisei[b]:

Expositio litteralis.

Hic ponitur effectus suscitationis lazari respectu absentiū a bethania vt narrat Euangelista quia audita suscitatione lazari: ex ira ⁊ inuidia moti sunt pharisei et scribe ad tractandū de morte christi. Et diuiditur in tres: quia primo ponitur eorum congregatio Secundo congregatorum dubitatio: ibi. et dicebant. Tertio dubij determinatio: ibi. vnus ex ipsis. In prima ergo parte dicit sic.

a Collegerunt ergo pontifices) qui erant maioris auctoritatis et magis literati.

b Et pharisei) qui videbantur p̄ alijs religiosi ex qb⁹ factū eoꝝ grauius erat

Concilium). s. aduersus iesum hoc nō est extextu sed subintelligit̄ Circa hoc notandū q̄ pontifices erāt de tribu leui. Pharisei aūt p̄ magna parte erant d̄ tribu Simeon: q̄ ex illa tribu habuit ortū secta phariseorū. iō in fugura huius fuit p̄dictū Genc. penultio ca. Symeon et leui fr̄es vasa iniqtatis bellantia: in cōsiliū eorū nō veniat aīa mea. b Et dicebāt) hic ponit̄ eoꝝ dubitatio qd facerēt de ih̄u q̄ habebāt rōnes ad vtrāq̄ ptem: ex euidētia eni miracłoꝝ cogebāt̄ dicere. c Quia hic hō multa signa facit) ⁊ ex hoc seqtur q̄ erat ei credendū magis q̄ moysi: q̄ moyses nō tot nec tanta signa fecit ⁊ maxie qñ ppl's ei p̄mo credidit: imo valde pauca vt p̄z Exo. iiij. c ⁊ sic habebāt argumētū ad ip̄m recipiendū ⁊ honorādū tanq̄ verū xp̄m. S₃ ecōuerso arguebāt ad cōtrariū dicētes d Si dimittim⁹ eū sic oēs credent in eū) sicut in xp̄m: ⁊ q̄ xp̄o debebat̄ regimen s̄m scripturas q̄s male intelligebāt de tpali regno. iō ex hoc videbat̄ se q̄ ꝯtra impatorē romanū rebellio qui tūc tp̄is dñabat̄ eis: ⁊ hoc videbat̄ p̄pinqua occasio d̄structiōis ciuitatis ⁊ tēpli p̄ potestatē romani impij q̄ tunc erat maxia: ⁊ iō ipsi nō habebāt aliquā virtutē resistēdi: ⁊ hoc ē qd̄ dr̄. e Et veniēt romani) in tāta fortitudie q̄ nō poterim⁹ resistere. f Et tollēt locu₃ nr̄m). i. ciuitatē ⁊ tēplū. g Et gentē) captiuādo ppl'₃: ⁊ sic p₃ q̄ passio timoris subuertebat in eis iudiciū rōnis h Unus aūt ex ip̄is) hic ponit̄ dubij d̄terminatio: ⁊ diuidit̄ in tres: qa p̄mo dubiū determinat̄. Scd̄o d̄terminatio approbat̄: ibi. Ab illo aūt die. Tertio a xp̄o euitat̄: ibi. Ih̄s aūt iam nō in pal̄. Prima in duas: q̄ p̄mo ponit̄ cayphe d̄termiatio: scd̄o hui⁹ determinatiōis expositio: ibi. hoc aūt a semetip̄o. In p̄ma igit̄ pte dicit̄ sic. h Unus aūt ex ipsis cayphas nomine) nō est de textu sed intelligit̄ nomen eius p̄pter auctoritatē sui officij: vñ s̄bdit̄ i Cū esset pontifex anni illius) dñs aūt p̄ceperat esse tm̄ vnū summū sacerdotē et p̄ totā vitā suā: q̄ moriente alius sibi succederet: vnde ⁊ in morte eius reuertebantur fugitiui. Sed p̄pter cupiditatē et ambitionem suam statuerunt inter se illi qui erant d̄ genere sacerdotali vt quolibet anno vnus esset q̄ illo officio fungeret̄. Alia₃ autem ratione₃ assignat Josephus dicens. A tēpore Herodis ascalonite qui auxilio romanorū occupauit regnum iudee: sacerdotiū cōmuniter vendebatur: et sic p̄pter maius lucrum tēporale summus sacerdos frequenter mutabatur. k Dixit eis) p̄pter auctoritatem officij sic loqutus est dicens. l Uos nescitis quicq̄) quasi dicat p̄ma facie qlibet intelligens videre potest: q̄ ad mortē huius hoīs debemus laborare. Cuius ratio est quia bonum cōmune magis est eligendū q̄ bonu₃ particulare. Si aūt homo iste dimittatur bonū totius ppl'i dissipabit̄. vt patet per p̄dicta scd̄m eorum existimationem: et sic concludit q̄ sit agendu₃ ad mortem christi: etiam si ex parte eius non inueniatur aliqua causa: ⁊ hoc est quod dicitur. m Expedit vobis: vt vnus moriatur homo) etiam si esset bonus et iustus n Pro ppl'o) idest ꝯseruatiōe ppl'i.

conciliū aduersus iesu₃[a] et dicebāt[b]. Quid facimus: quia hic homo multa signa facit[c] Si dimittimus eum sic: omnes credent in eum[d]. Et venient romani[e]: et tollant locū nostrum[f] et gentem[g]. Unus autem ex ipsis cayphas nomine[h] cu₃ esset pōtifex anni illi⁹[i] dixit eis[k]. Uos nescitis qcq̄[l]: nec cogitatis q̄ expedit vobis[m] vt vn⁹ moriat̄ hō p̄ ppl'o[n]

a Et nō tota gens pereat) sʒ maneat in vita: hoc ptʒ māifeste ꝙ passio inuidie et liuoris ꝯtra xp̄m ⁊ passio timoris p/dēdi gentē ⁊ locū sbuertebāt in eis ra/tionis iudiciuʒ: quia in nullo casu lici/tum est in// terficere ino centē: p h.n. non ꝓcurat bonum cōe: sʒ magis de struit: ꝓpter qđ dei iudi/cio factū ē ꝙ illud maluʒ

et nō tota gens peat[a]. Hoc aūt [b]a semetipso nō dixit: sʒ cū esset pō tifex anni illi⁹ ꝓphetauit[c] qa iesus moritur⁹ erat pro gēte[d]: ⁊ nō tm̄ ꝓ gēte[e] sʒ vt filios dei q erant dispersi[f] cōgregaret in vnū[g]. Ab illo ergo die cogitauerūt vt interficerēt eū[h]. Jesus ergo iā nō in palā ambulabat apđ iudeos[i]: sʒ abijt i regionē[k]

quod credebant p mortem xp̄i euade/re. s. destructionē loci ⁊ gentis quaʒ p mortē xp̄i incurrerūt. quia in penā huius peccati romani p Titū ⁊ Uespasiana locū ⁊ gentem destruxerunt: Anno quadragesimo scđo post passionē xp̄i: sicut fuerat a Daniele prophetatū. ix. cap. Et ciuitatem ⁊ sanctuariū dissipa bit populus cum duce venturus ⁊c. et a saluatore predictū. Luce. xix. ca. Uidens ciuitatē sanctā hierl'm fleuit sup illam. b Hoc aūt) Hic ponit pre//dicte determinatōnis expositio: que q dē expositio est Joānis euāgeliste ostē/dentis qualiter cayphas pdictā deter minationē ꝓtulit: q̄uis eni esset inten tio cayphe dare solū ꝯsiliū de xp̄i mor te pro tpalis piculi euasiōe circa popu lū iudeor: tñ verbū eius sic sonabat ꝙ xp̄s erat mortur⁹ pro gente ⁊ pplo: ⁊ ꝙ sic fuit ꝓlatū: fuit ꝓphetia quodāmo/do de futuro ꝙ xp̄s erat moriturus ꝓ salute spūali: nō solū iudeorū sed etiaʒ oim gentiū q credituri erāt in ip̄m: et hoc est qđ dr̄. b Hoc aūt a semetipo nō dixit) .i. supradictū verbuʒ hoc mō ꝓtulit: sed p motionē alteri⁹. c Sʒ cū esset pōtifex anni illius ꝓphetauit) q: ipso ignorāte dictū ꝓpheticū protu lit: nō rōne sui mer ti. sʒ dignitatis officij. d Quia iesus erat moritur⁹ ꝓ gente). s. iudeor q: multi de iudeis sal uati sunt p ip̄m. e Et non tm̄ ꝓ gen te sua sed vt filios dei) nō q: adhuc es/sent filij dei actu: sʒ in potentiā ad actū reducēda q: erāt pdestinati. f Qui/erāt dispsi) p diuersos ritus gentiliuʒ. g Congre garet i vnū) .i. in vnā ec/clesiā ex iu/deis ⁊ genti lib⁹ cōstitu/taʒ vt essent vnū ouile: si cut ē vn⁹ pa stor: vt supra dictū precedēti cap. ꝓpter qđ Gen. pe nultimo ca. dr̄ de xp̄o. Ipse erat expe/ctatio gentiū: nō solū iudeor: nec h est cōtra illud qđ dicit saluator Mat. xv. ca. Nō sum missus nisi ad oues q perie rāt domus israel: q: ibi saluator loquit de sua missione ad pdicandū in psona ꝓpria: propter qđ aplus dicit Roma. xv. ca. Dico eni dnm̄ iesum xp̄m mini strū fuisse circumcisionis. h Ab illo) hic ponit determinatiōis cayphe ap/probatio: q̄uis esset iniq: qa omēs alij erant affectati ad ꝓcurandū mortem xp̄i sicut ⁊ ipse: ⁊ hoc est qđ dr̄. h Ab illo ergo die cogitauerunt vt interfice/rent iesum) lʒ eni an habuissent volun tatē interficiendi ip̄m: vt patuit p pdi cta: tamē ex ꝯsilio Cayphe diffinierūt h adimplere q̄citius possent. i Je sus aūt) hic ꝯñter ponit hui⁹ determi nationis declinatio: nō eni adhuc erat tp̄s passiōis xp̄i a deo pordinatū: et iu/dei querebāt occidere eū vt visum est. ideo recessit ad tempus: ⁊ hoc est qđ di citur. i Jesus aūt nō in palā ambu labat apud iudeos) q̄uis eni inter eos existens posset eorū impetū refrenare: tamen voluit ad tempus latere ⁊ se oc cultare rōnibus predictis ca. viij. ⁊ x. vbi similiter agit de sua occultatione k Sed abijt in regioneʒ iuxta deser/tum) vbi pauci de iudeis erant.

a In ciuitatẽ que dicit Effrem) que erat parua et parũ populata. b Et ibi morabatur cum discipulis suis (vsq ad tempus propinquũ sue passioni.
¶ Super euangeliũ istud nõ habetur moralitas.

iuxta desertũ in ciuitatẽ q dicit effrẽ[a]. et ibi morabat cũ discipulis suis[b].

¶ Sabbato post dñicam de passione Euãgeliũ ſm Joan. xj. ca.

¶ Questio fratris Antonij Betontini. Expedit vt vnus hõ moriat. Joannis. xj. ca. ¶ Sup quibus verbis mouetur dubitatio. ¶ Utrum contritio sit congruissima ad deletionem culpe mortalis? Ad qd rñdet ſm Franciscũ q sic: ⁊ rõ talis est: qr maxima atq penosa egritudo cura maxima indigit Hinc hierony. ad mrẽ ⁊ filiã i gallijs cõmorãtes ait. Putride carnes ferro curant ⁊ cauterio: venena serpẽtina curant antidoto: qd satis dolet maiori dolore expellit. Cũ aũt mortalis culpa qua diuina maiestas offendit maxima sit egritudo spũalis ⁊ oium malorũ excessiua: pẽa maxima ⁊ dolorissima ad eius expiationẽ debetur: aliter pfecto diuina iusticia nõ seruaret. Nempe in xv. ca. Deutero. scriptũ est: pro mensura peccati erit plagarũ modus: Sz cõtritionis tristiciã esse oium penarũ maximã: nõ modo rõne sed auctoritate ⁊ exemplo a doctorib⁹ demonstrat: maxime igit ɔgruũ est: vt mortalis culpa deleat ex cõtritionis tristicia: q est dolor in volũtate. i. displicẽtia pcti pteriti: sit oim penarũ maxima: qr cũ mors pho teste. sit vltimũ terribiliũ et arduorũ sa tristicia sepius supari videt: cum multi potius mortẽ eligãt vt ipam tristiciã fugiant: sicut in plerisq monstratum est. quos Augusti. in lib. de ci. dei historia longa lataq describit: pfecto vt de mltis aliqs rumosiores cõmemorem: Saul ⁊ Samson mori citi⁹ voluere q tristiciã eos nimis affligentẽ ⁊ cruciantẽ longi⁹ sustinere. Qd etiã exemplo demõstratur. Nã vt Aug. ait in eodẽ loco. Spũs q sunt in purgatorio et in inferno nulla pti⁹ affiicti sũt pena acriori tristicia: ⁊ h fit vt qui delectãtur in culpa correspõdẽti crucient ⁊ ipi pena: pp terea vt qd diximus auctoritate pbet Ric. de sancto victore. Si pena inferni cũ amore posset assumi: pena nõ esset: sic ⁊ in supna glia eterna felicitas minime teneret: si a beatis cũ tristicia possideret. ¶ Expositio litteralis.

In illo tpe Cogitauerũt principes sacerdotũ[c] vt ⁊ Lazarũ interficerẽt: qa multi propter illũ ab[...]

Pro declaratõe hui⁹ euãgelij est intelligendũ primo q occasio cogitatõis tal mortis. s. Lazari fuit iuidia iudeorũ ex fama ⁊ glia xpi. quoniã videntes pharisei q multi ex iudeis venerant de hierusalẽ vt Lazarum viderent: quẽ suscitauit a mortuis: facta. n. mirabilia libenter vident. Mirabilissimũ aũt erat videre quatriduanũ mortuũ suscitatum comedentẽ ⁊ bibentez et alia opera facientẽ: sperabant etiam audire ipsum referentem statũ alterius vite: quem omnes scire desiderant et qr in hoc gloria christi manifestabatur de quo dolebant principes populi ideo dicitur.

c Cogitauerunt autẽ principes sacerdotes vt et Lazarum interficerent) Ex quo patet eorum malignitas: quia volebant interficere illum quem deus viuificauerat ad occultandum miraculum. Si autem queratur Quare magis Lazarum persequebantur quam cecum illuminatuz de quo dictum est. ix. cap. ⁊ languidum sanatum de quo fuit dictum. v. cap. Dicendum q hoc erat quia Lazarus erat homo nobilis

⁊ famosus:⁊ ideo miraculũ in ipo scm̃ erat magis publicũ ⁊ famosum.

a In crastinũ) hic describit honor exhibitus xp̃o in turbe obuiatiõe:⁊ diuidit in duas: q: p:io describit ipa obuiatio. Scdo ??dit huius obuiationis rõ:ibi. Testimoniũ ergo In p:ima p te dicit sic.

a In cra//stinũ autem turba mul//ta:que cõuenerat ad di/em festum) quia omnes tenebant venire in hierusalem in solẽnitate pasche. b Cũ audissent qa iesus venit hierosolimam) Istud fuit quita die ante pascha illa die accipie/bat agnus ⁊ seruabat vsq; ad vesperã quartedecime diei: et tunc imolabat vt habetur Exo.xij. ideo christus illa die venit in hierusalẽ vbi erat immo/landus tanq̃ verus agnus p:o nobis vt sic veritas responderet figure

c Acceperunt ramos palmarũ) q̃ diuina dispositione factũ est ad designã/dum victo:iã quam ch:istus de hoste in p:oximo erat habiturus. Unde an/tiqtus dabat ramus palme victo:i in certaminibus. d Et p:ocesserunt obuiam ei) reuerenter. e Et clamabant Osanna) idest salua obsecro quia petebant ab eo salutem.

f Benedictus qui venit) In hoc laudant et confitentur eius aduentum: Dicere enim hominis: non est suum facere:sed tantum fateri: et ideo quando nos deum benedicimus :non ei bonum facimus :sed tantummodo eius bonitatem fatemur ⁊ laudamus. Di//cere autem dei:est suum facere ꝭm qd̃ dicitur Psal.xxxij. Dixit et facta sunt.

ibant ex iudeis et cre/debãt in iesuz. In cra/stinum aũt turba multa[a]: q̃ cõuenerat ad diem festũ cũ audissent: qa iesus venit Hierosolymã[b] :acceperũt ramos palmarũ[c]:⁊ p̃cesserũt obuiam ei[d]:⁊ clamabãt. Osanna[e] benedictus q venit[f] in noie dñi[g]. Rex Israel[h]. Et inuenit iesus asellũ ⁊ sedit sup eũ[i]: sicut scriptum est[k]. Noli time/re filia syon[l] Ecce rex tuus venit sedens sup pullũ asine. Hec nõ cognouerunt discipuli eius p:imum[m]. Sed qñ glo:ificatus est[n] Jesus: tunc reco:dati

et ideo quando deus homini benedicit:ei beneficium impendit.

g In nomine domini) idest sicut do/minus:non sic autem venit Moyses: sed tantũmodo vt seruus vt habetur Hebre.iij.c. vel aliter.

g In noie domini) .i. a deo patre missus ad ex/plenduz vo/luntatez ei⁹.

h Rex isra/el) in hoc cõ/fitentur eius potentiaz ta/mẽ diminu/te:qa crede/bant eum regnaturum temporaliter et liberaturum eos a tributo : ipse aũt venit ad regnandum spiritualiter ; et ad liberandum totũ gen⁹ humanum a dyabolo quod erat maius :p:opter hoc in Psal.cxvij. vbi ista laus p:edi//cta fuit:dicitur Benedictus qui venit in nomine domini deus dominus ⁊ illuxit nobis:in quo exp:imitur eius di/uinitas et regnum spirituale.

i Et inuenit iesus Asellum ⁊ sedit super eum) modum autem et qualiter et per quem ch:istus hunc asellum ha//buit: scilicet per missionem discipulorum Euangelista transit quia sufficienter fuit exp:essuz ab alijs scz Matthei. xxj.capi.⁊ Mar.xj. k Sicut scrip/tum est) zacharie.xj.cap. l Noli timere filia syõ ⁊c̃) hẽ fuit expositũ Mat. xxj.cap. m Hoc non cognouerunt discipuli eius: p:imuz) idest p:otunc: qa adhuc erant simplices ⁊ illitterati. n Sed quãdo glo:ificatus est iesus) idest per resurrectionem suam quan//do fuit glo:iosus simul in anima ⁊ co:po:e:tunc enim ap:ruit illis sensum vt intelligerent scripturas :vt habe/tur Luce vltimo.

a Testimonium ergo) hic ponitur dicte dubitationis ratio que fuit promulgatio suscitationis Lazari ipsis turbis per illos qui presentes fuerant in suscitatione: et hoc est quod dicitur.

a Testimoniũ ergo perhibebat etc.) b Phariseí ergo) hic cõsequenter ponit̃ phariseorũ zelus: siue emulatio cum dicitur. b Pharisei ergo dixerunt ad semetipsos) id est intra se. c Videtis

sunt: quia hec erãt scripta de eo: et hec fecerũt ei. Testimoniũ ergo[a] phibebat turba q̃ erat cum eo: quando Lazarum vocauit de monumento et suscitauit eũ a mortuis. Propterea et obuiaz venit ei turba: qr audierunt eũ fecisse hoc signum. Pharisei ergo[b] dixerũt ad semetipsos. Videtis qa nihil proficimus[c]: Ecce mũdus totus post eũ abijt[d]. Erãt aũt[e] gentiles quidam ex his qui ascenderãt vt adorarent in die festo. Hi ergo accesserũt ad Philippum:[f] qui erat a betsaida galilee et rogabant eũ dicentes. Domie volumus Jesum videre. Venit philippus et dixit[g]

quia nihil proficimus) hoc exponitur dupliciter. Uno modo de bono zelo qr aliqui de phariseis in eum crediderãt vt patet Joannis .iij. capi. de Nicodemo. Et isti volebant alios retrahere a christi persecutione: quasi dicãt. q̃ztũcunqz laborauerimus ad eum impediendum: nihil tamẽ proficimus. et ideo videtur q̃ sit factum diuinum. Cui simile dictum fuit Gamalielis retrahentis iudeos a persecutione apostolorũ vt habetur Actuũ .v. capit. Discedite ab omnibus istis et sinite illos: quoniam si ex hominibus est consilium hoc opus dissoluetur: si autez ex deo est nõ poteritis dissoluere: neforte et deo repugnare videamini. Alio autem modo exponitur de malo zelo q̃ztum ad illos qui non crediderant christo. et ideo inuidia moti talia dicebant.

d Ecce mundus totus post eũ abijt) Sermo est hyperbolicus ad exprimendum q̃ multi christum sequebantur.

e Erant autem) hic ostenditur glorificatio christi a gentilibus: et diuiditur in duas: quia primo exprimitur eorum deuotio. Secũdo christi respõsio: ibi. Jesus autem respõdit. In prima ergo parte dicitur sic.

d Erant autem quidam gentiles ex his qui ascẽderãt vt adorarẽt in die festo) Nam aliqui de gẽtilitate conuertebantur ad ritum iudeorum qui dicebantur proseliti: et isti tenebantur esse in solennitate paschali: sicut et alij. Dicũtur eniz hic gentiles quia remanebat eis nomẽ pristinum. Alio modo exponit̃ hoc et melius de gentilibus scdm veritatem: qa templuz pro sui sanctitate habebat̃ in reuerentia a gẽtilibus qui erant in circuitu iudeoruz: vt habetur .ij. Machabe. iij. capit. et ideo multi de eis ascendebant adorare in hierusalem: et maxime in solennitate paschali: nõ tamẽ admittebantur ad esum agni paschalis nisi prius dimisso ritu gentilitatis essent circumcisi: vt habetur Exodi xij. cap. Isti igitur quia audierant xpi miracula: ideo volebant eum videre et eius doctrinaz audire: ideo subditur.

e Hi ergo accesserunt ad philippũ) quia videbant eum mansuetum et pium: et ideo prius exposuerunt suum desiderium.

g Venit philippus et dixit Andree) quia Andreas principalior erat ipso cum esset primus christi discipulus et per eum fuerat conuersus: vt dictũ est supra capit. primo. et ideo volebat circa hoc agere de eius consilio: et maxi-

me quia forte memor erat verbi chri// sti dicentis apostolis Matth. x. capit. In viam gentiuz ne abieritis: propter quod ipse christo nolebat hoc nunciare proprio capite. a Andreas rursum et Philippus dixerunt Jesu) hoc diuina dispositione factuz est ad prenostican dum q gentiles erat in proximo adducendi ad fidem christi per predicationem apostolorum. b Jesus autem respondit eis dicens) hic ponitur christi re// sponsio in qua primo denunciat suam passionem: Secudo adhortat ad eius imitationem: ibi. Qui amat animam. Circa primum sciendum q christus respondendo denunciationi sibi facte de gentilium deuotione: prenunciauit suam passionez: quia immediate post illam gentiles erant recipiendi ad fi// dem: et hoc est quod dicitur.

Andree. Andreas rursum et Philippus dixerut Jesu.[a] Jesus aute respodit eis dices[b]. Uenit hora vt clarificetur filius hominis[c] Amen amen dico vobis: nisi granu frumenti cadens in terra mortuum fuerit: ipsum solum manet.[d] Si autez mortuum fuerit: multum fructum affert. Qui amat animam[e] suam: perdet eam:[f] et qui odit anima sua

c Uenit hora vt clarificetur filius hominis) in passione fuit clarificatus per signa ostensa in solis obfuscatione in terremotu: et sepulchrorum apertione: et veli templi scissione: fuit etia clarificatus in sua resurrectiõe et ascensione: scdm quod dicitur Philippen. ij. Humiliauit semetipsum: sequitur. propter qd et deus exaltauit illu. et dedit illi nomen quod est super omne nomen. Fuit etiam clarificat[9] in gentiliu conuersione qui eius deitatem confitentur: propter quod vbiq ibidem subditur. Et omnis lingua confiteat. Et qa christus preuidebat ista futura in proximo. ideo audiens deuotionem gen// tilium qui iam erant dispositi ad credendum dixit.

c Uenit hora) sicut aliquis videns messes dispositas ad collectionem di// cit. Uenit hora vt mittant falces. Uerumtamen per congruum exemplum ostendit q mors eius debebat preueni re conuersionem gentilium dicens.

b Tũc venit iesus) Hic consequẽter oñdit xpi desideriũ ad nr̃am redemptionẽ: qd oñdit tripliciter. Primo anxiando. Scdo orãdo: ibi. et pgressus pusillũ. Tertio pditori occurrẽdo: ibi. ecce appropinqbit. ¶ Circa pmũ aduertenduz q anxietas animi est passio causata ex apphẽsiõe magni mali de primo iminẽtis ipossibilis ad euadendũ: xps aũt videbat mortẽ acerbissimã sibi de primo iminentẽ: et non euasibilem: q: sciebat hoc esse determiatũ a deo pr̃e a cui⁹ determiatiõe nõ poterat declinare: cũ nõ posset peccare: ista tñ necessitas libertatẽ arbitrij non tollebat: igit ex tali morte sic iminente xps habebat materiã maxime anxietatis. Itẽ ps sensitiua nõ alleuiabat a tali anxietate ex ꝯtemplatõe diuine essentie seu pmptitudine volũtatis q erat in supiori pte anie: q: diuina ṽtute fiebat vt ex supiori parte aie nõ fieret influẽtia in inferiorez: vt sic esset ibi dolor ptis sensitiue maximus ad nr̃am redemptionem: exq ergo ex tali anxietate xps nõ fugiebat: sed magis venit ad locũ vbi proditorẽ venturũ sciebat: ostendit desideriũ ad nostrã redemptionẽ: et hoc est quod dicit. b Tũc venit iesus cũ illis) .i. discipulis suis. c In villã q dicit Gethsemani) illa eni villa erat in pede mõtis oliueti: et ppter hoc dr Luc. xxij. qd venit in monte oliuaruz. In fine etiã illius ville: erat quidã ortus cõtemplationi aptus et illuc intrauit iesus: vt dicit Joan. xviij. cap. et est vltra torrentẽ cedrõ: vt dicit ibidẽ: qa vallis iosaphat est intermedia inter montem oliueti et ciuitatẽ hierusalẽ. Torrẽs aũt cedron currit pmediũ illius vallis: et sic patet q euangeliste cõcordant de loco lz ipm diuersimode nominẽt. d Et dixit discipulis suis sedete hic) hoc dixit octo apostolis. qa Judas non erat ibi: et tres secũ duxit: vt sequit. e Et assumpto Petro et duobus filijs zebedei) Isti eni tres erãt magis familiares ipsi xpo: et ad eius secreta magis admittebantur q̃ alij: ratio autẽ facta est supra. xvij. cap.

f Cepit cõtristari et mestus esse) hoc fuit ad ostendendũ veritatẽ hũane nature: et q ista tristicia fuerit maxima ostenditur. g Tristis est aia mea vsq; ad mortẽ) et põt ly vsq; accipi dupliciter. Uno mõ intensiue: q: tm intẽsiua erat q̃tuz poterat esse vt visuz est. Alio modo extensiue q: durauit vsq; ad horaz mortis. h Sustinete hic et vigilate mecũ) tanq̃ amici spãles qui debẽt in angustijs amicis assistere. i Et progressus) hic ostẽditur xpi desideriũ ad nostrã redemptionẽ: q: p orationẽ offerebat spm̃ deo pr̃i pro nobis: q quidez oratio ostendit pfecta: q: solitaria: cũ dicit. i Et progressus pusillum recedẽs aliq̃tulum a predictis tribus apostolis quia oratio est eleuatio mẽtis in deum: quod melius fit quando homo

eſt ſequeſtratus ab alijs. Scđo qa hu//
milis: qđ notat cum dicitur (pꝛocidit
in faciem ſuā) Tertio quia deuota cuꝫ
dicitur (Pater mi) Quarto quia recta
quia noluit contraire pꝛedeſtinationi
diuie: quod
notatur cuꝫ
dicitur (Si
poſſibile eſt
trāſeat a me
⁊c̄) ſed volū/
tatem ſuam
ſupponit vo
luntati diui
ne dicēs (Ue
rūtamen nō
ſicut ego vo
lo ſed ſic̄ tu)
Quinto cha
ritatiua: q: i
agonia moꝛ
tis poſitus
dulciter ſu//
os diſcipu/
los viſitabat
Unde ſequi
tur (et venit
ad diſcipulos ſuos) a Et dicit Pe/
tro ſic) quaſi dicat: nō oſtendis tantum
feruoꝛem facto q̄ꝫtum verbo. ſequitur.
b Uigilate ⁊ oꝛate vt non intretis in
tētationeꝫ) .i. vt non ſupereminí a ten
tatione de pꝛoximo iminente ſicut fue
rūt poſtea ſuperati. b Spiritus q/
dem pꝛomptus eſt) ad dicendum ſcilꝫ
ꝙ eſtis parati pꝛo me moꝛi: vt patet ex
pꝛecedentibus. d Caro auteꝫ infir
ma) ad ſuſtinendam imminentem ten
tationem: hoc autem dixit xp̄s qa apo
ſtoli dixerāt ex magno ſpū pꝛius moꝛ/
tem ſubire q̄ꝫ ipſum negare: cuius ta/
men contrariū fecerūt impulſu carna
li. e Iterū ſcđo abijt ⁊ oꝛauit ⁊c̄) vbi
iterat oꝛationē oſtendens ꝙ oꝛatio de/
bet eſſe cōtinua. Similiter iterat viſita
tionem diſcipuloꝛum ſuoꝛū: quia opa
charitatis dn̄t eſſe cōiuncta oꝛationi.

puſillū pcidit in faciē
ſuā oꝛans ⁊ dicēs. Pa
ter mi ſi poſſiblle ē trā
ſeat a me calix iſte Ue
runtamē nō ſicut ego
volo ſed ſic̄ tu. Et vēit
ad diſcipulos ſuos et
inuenit eos doꝛmiētes
Et dicit petro.[a] ſic nō
potuiſti vna hoꝛa vigi
lare mecum. Uigilate
et oꝛate vt nō intretis
in tentationē[b]. Spiri/
tus quidē pmptus ē[c]:
caro aūt infirma[d]. Ite
rū ſcđo abijt et oꝛauit[e]
dicens. Pater mi: ſi
nō poteſt hic calix trā
ſire niſi bibam illum:
fiat volūtas tua. Et ve
nit iterū ⁊ inuenit eos
doꝛmiētes. Erant eni
oculi eoꝝ grauati. Et
relictis illis iterū abijt
⁊ oꝛauit[f] tertio eundē
ſermonē dicens. Tunc
venit ad diſcipulos ſu
os[g]: ⁊ dixit illis[h] Doꝛ
mite iam ⁊ requieſci/
te[i] Ecce appꝛopinqua
bit[k] hoꝛa et filius ho/
minis tradetur in ma
nus peccatoꝛuꝫ. Sur/
gite eamus[l] ecce ap//
pꝛopinquabit qui me
tradet. Adhuc eo lo//

f Et relictis illis iterū abijt et oꝛauit
⁊c̄) ter oꝛationem replicat ſicut ter fue
rat tentatus vt ſupꝛa patuit. iiij. capi.
vt liberet nos: pꝛimo a malis pteritis
per veniā. Scđo a pñtibus per tutelā.
tertio a futu
ris p cautelā
g Tunc ve
nit ad diſci/
pulos ſuos)
ter diſcipu//
los viſitat ſi/
cut ter oꝛat
rōne pdicta
h Et dixit
illis) quaſi
cōpatiens
eis pꝛopter
tentationeꝫ
eis de pꝛoxi/
mo immīnē
tem.
i Doꝛmite
iam ⁊ requi/
eſcite) qua/
ſi diceret pa
rum poteri/
tis hoc facere. k Ecce appꝛopin//
quabit) Hic tertio oſtēditur chꝛiſti de/
ſideriū ad noſtrā redemptionē: q: non
ſolū pꝛoditoꝛem cum turba veniētem
expectauit: ſed etiā occurrit eis vt ha/
betur Iohan. xviij. ca. et hoc eſt quod
dictur hic k Ecce appꝛopinquabit
hoꝛa) Poſtq̄ꝫ enim dixerat diſcipulis
ſuis. Doꝛmite iam ⁊ requieſcite vt pꝛe
dictum eſt: dimiſit eos aliquātulū qui
eſcere: poſtea cum ſciebat iudā appꝛo
pinquantē dixit eis: Sufficit: vt habe/
tur Marci. xiiij. Et tunc euigilauit eos
dicens. Ecce appꝛopinquabit hoꝛa ⁊c̄
l Surgite eamus) obuiā iude ſcꝫ pꝛo
ditoꝛi. m Adhuc eo loquente) Hec
eſt tertia pars pꝛincipalis huius capi
tuli vbi deſcribitur ipſius chꝛiſti tra/
diti cōpꝛehenſio: vbi tria deſcribūtur
per oꝛdinem. Pꝛimum eſt ipſius iude

fraudulentia. Scdm est xpi patientia: ibi. Et ecce vnus. Tertiũ discipulorũ ignauia: ibi. Tunc discipuli. Circa primũ dicitur sic. m Adhuc eo loquẽte) scz xpo cum discipulis suis.

quante[m]. ecce iudas vnus de duodeci[a] vẽit: et cũ eo turba multa[b] cum gladijs et fustibus missi a principibus sacerdotum et senioribus populi. Qui autẽ tradidit eum dedit illis signum[c] dicens. Quẽcunq; osculatus fuero ipe est tenete eum. Et confestim accedẽs ad iesum dixit. Aue rabbi. Et osculatus est eum[d]. Dixitq; illi iesus[e]. Amice ad qd venisti? Tunc accesserũt[f] et manus iniecerũt in iesum[g] et tenuerunt eum[h]. Et ecce vnus ex his qui erant[i] cum iesu: extendens manuz exemit gladiũ suum[k] et percutiens seruum principis sacerdotum amputauit auriculaz eius[l]: Tunc ait illi iesus. Conuerte gladiũ tuum in locuz suum[m] Omẽs enim qui acceperint gladiũ: gladio peribũt[n]. An putas q2 nõ possum rogare patrẽ meũ[o]: et exhibebit mihi mõ plusq; duodeci legiões ãgelorũ[p]?

a Ecce iudas vnus de duodecim) idest de principalibus xpi discipulis. b Uenit et cum eo turba multa etc) Talem autẽ turbam adduxit ne forte alij credẽtes in xpm: ipm vellent eripere: sequitur. c Qui aũt tradidit euz dedit eis signum etc). Hoc autem fecit ne loco christi caperent Jacobuz minorem qui erat similis christo in facie propter quod dicebat spẽaliter frater dñi: sequitur. d Et osculatus est eum) in quo apparet maxima xpi mãsuetudo qui non negauit osculũ proditori suo. e Dixitq; illi iesus. Amice ad qd venisti) q.d. tu ostẽdis amiciciã signo et agis pditionẽ de facto: q2 patz ex hoc qd sequit. f Tũc accesserũt) illi. s. qui erant in comitiua iude. g Et manus iniecerunt in iesum) violentas q̃ntum erat ex parte ipsorum. h Et tenuerunt eũ) quãdo eni voluit tentus est et nõ ante. i Et ecce vnus) hic describit ipius xpi patientia: et hoc dupliciter. Primo facto. Scdo verbo: ibi. in illa hora. Patientia autẽ xpi facto ondit in hoc q2 discipulos suos prohibuit a defensiõe eius: et hoc ẽ qd dr.

i Et ecce vnus ex his q erant cũ iesu) Iste fuit petrus: vt habet Joan. xviij. cap. k Extendens manum exemit gladiũ suum) habebãt eni duos gladios: vt habet Luc. xij. ca. Quos credo fuisse duos cultellos magnos quib9 vsi fuerãt in decisione agni paschalis. l Et percutiens seruuz etc) quem tamen sanauit christus tactu suo: vt habetur Luce. xxij. cap. et in hoc adipleuit christus qd pdixerat Mathei. v. cap. Benefacite his qui oderunt vos. m Tunc ait illi iesus: cõuerte gladium tuum in locum suum) prohibendo defensionem armorũ. Et ad hoc inducit multiplicem rationez. Prima ratio tangitur ibi. n Omnis enim qui gladio etc) gladiũ eni accipit qui eo vtitur ad vindictam propria auctoritate: et hoc est illicitũ: gladio autem vtitur sibi tradito qui eo vtitur ad punitionem malorum zelo iusticie, sicut principes qui auctoritatez habẽt a deo: quia in hoc princeps minister dei est: vt dicit Paulus apostolus. et similiter ministri ad hoc a principibus constituti. Scdam rationẽ assignat cũ dicit. o An putas qa nõ possum etc) q.d. per aliam viã possum euadere si vellem. p Et exhibebit mihi mõ plusq; duodecim legiões angelorũ) Legio aũt vna cõtinet sexmi-

lia sexcentos sexugintasex. Aduertendum tamē q xp̄s non dixit hoc ꝓpter hoc q indigeret auxilio angelorū: sed magis ecōuerso ipsi indigēt suo auxilio: sed vt ostendat q pluribus modis poterat euadere. Tertiā rationē assignāt cū dicit.

a Quomodo ergo implebunt scripture) Scripture enim diuinit⁹ reuelate loquūtur expresse de passione xp̄i vt patet Isai. liij. ca. Et Dani. ix. ꝛ in plurib⁹ alijs locis q̄ non implerētur nisi xp̄s pateret: qd̄ est inconueniens cū sint deriuate a prima veritate propter qd̄ subdit.

b Quia sic oportet fieri) quia exquo aliquid est s̄m predestinationē a deo predictū oportet illud impleri: ibi enī est necessitas cōsequētie non tñ cōsequētis: q: diuina p̄ordinatio nō tollit ꝯtingentiā a reb⁹.

c In illa hora) Hic ostendit xp̄i patientia verbo: q: nō impatiēter sed rationabiliter alloquutus est turbā ip̄m cōprehendentē.

d Tanq̄ ad latronē existis ꝛc̄) quasi dicat: sine causa fecistis hoc: cuius rationē assignat dicēs.

e Quotidie) .i. frequenter

f Apud vos) .i. in loco in quo habetis potestatē

g Sedebā) pacifice ꝛ sine armis q̄ si dicat tunc potuistis me cōprehēdere: sequit

h Hoc aūt totum factū est) q: scriptum erat de eo q tractaret sicut malefactor ꝛ latro Isa. liij. capitulo. Cum sceleratis reputatus est.

Quō ergo implebunt scripture[a]? Quia sic oz fieri[b]. In illa hora[c] dixit Jesus. Tanq̄ ad latronem existis[d] cum gladijs et fustibus cōprehēdere me. Quotidie[e] apud vos[f] sedebam[g] docēs in templo: et nō me tenuistis. Hoc autem totū factum est[h] vt adimplerentur scripture ꝓphetarum. Tunc discipuli omnes relicto eo[i] fugierunt[k]. At illi tenuerunt iesū: et duxerūt ad Caypham[l] principem sacerdotum: vbi scribe[m] et seniores[n] cōuenerant[o]. Petrus autem[p] sequebatur eum a longe[q] vsque in atrium principis sacerdotū. Et ingressus itro[r] sedebat cū ministris: vt videret finē[s]. Principes aūt sacerdotū et oē ꝯsiliū q̄rebāt falsū testimoniū ꝯtra iesū[t]:

i Tunc discipuli) Hic describitur discipulorū christi ignauia: primo omnium in generali cum dicitur.

i Tunc discipuli omnes relicto eo) idest christo magistro suo.

k Fugierūt) timore perteriti ꝛ dimiserūt magistrum suū sicut latronē deduci ꝓpter qd̄ sequitur.

l At illi tenentes iesū duxerūt eū ad cayphā) licet primo fuerit duct⁹ ad Annā vt dicitur Johanis. xviij. capitulo. tamen Mattheus de hoc nō facit mētionem: quia non fuit ibi ductus nisi propter quādam reuerentiam: q: erat socer Cayphe vt ibidem dicitur.

m Ubi scribe) idest legisperiti.

n Et seniores populi) idest iudices ordinarij vt supra visum est capi. xv.

o Conuenerant) ad examinandum ꝛ iudicandum christum.

p Petrus autem) Hic ponitur ignauia petri in speciali cum dicitur.

q Sequebatur eum a longe) quia timebat ne perciperetur eius esse discipulus: sequitur.

r Et ingressus intro) qualiter autem ingressus fuerit: dicitur iohānis. xviij scꝫ per impetrationem alterius discipuli qui erat notus pontifici

s Ut videret finem) licet autem non auderet christum confiteri seu defendere: tamen volebat videre quid finaliter fieret de eo.

t Principes) Hec est quarta ps prin

vt eū morti traderēt[a]:
Et nō inuenerunt[b] cū
multi falsi testes acces/
sissent[c]. nouissime aūt
venerunt duo falsi te/
stes[d] et dixerunt. Hic
dixit. Possum destru
ere templū dei: et post
triduum reedificare il
lud. Et surgēs pnceps
sacerdotum[e] ait illi.
Nihil respondes[f] ad
ea que isti aduersum
te testificantur? Jesus āt
tacebat: ⁊ princeps sa/
cerdotū ait illi. Adiu/
ro te per deū viuū: vt
dicas nob si tu es xp̄s
filius dei[g] Dicit illi ihs
Tu dixisti[h] Ueruntā/
men dico vobis āmo/
do videbitis filiū ho/
minis sedentem a de/
xtris virtutis dei[i]: et

cipalis huius capituli in qua describi
tur ipsius xp̄i apphēsi illusio: vbi quat/
tuor tangunt per ordinē. Primum est
eius accusatio maligna per falsos te//
stes. Scd̄m accusati iniusta ꝯdēnatio
per malos iu
dices: ibi: et
surgēs. Ter/
tium condē
nati vitupe/
ratio: ꝑ ma/
lignos appa
ritores: ibi.
Tūc expue/
runt. Quar/
tuꝫ petri ne/
gatio ꝑ tres
vices: ibi.
Petrus aūt se
debat Circa
primū dicit hic. a Principes autē
sacerdotū ⁊ omne conciliū querebant
falsum testimoniū) quia verū non po/
terant inuenire. b Ut eū morti tra/
derēt) per pilatum presidē: q: ipsi non
habebāt aliā iusticiā. c Et non inue
nerunt) vnde possent eū accusare tan/
quā dignū morte coram pilato.
c Cum multi falsi testes accessissent)
ad id quod dictū est ꝓcurandū
d Nouissime aūt venerūt duo falsi te
stes ⁊c̄) Sed querit quō isti dicunt fal
si testes: q: Joan. ij. cap. scribit q xp̄s
dixit iudeis. Soluite templū hoc et in
tribus diebus excitabo illud: qd̄ vide/
tur idē esse cum eo qd̄ hic dicit. Dicen
dum q illa verba que dixit xp̄s Joan.
ij. cap. intelliguntur de tēplo corporis
sui: vt ibidē dicit. Et hoc sonant verba
ibidē posita. quia dixit ibi. Soluite tē
plum hoc nō precipiendo eis: sed pre
dicendo eis quid essent facturi dissol/
uendo corpus eius qd̄ erat templū spi
ritual e dei: vnde sensus est. Soluite. i.
soluetis corpus meū per mortē quā mi
hi inferetis: vnde sequit ibidē: ⁊ in tri/
bus dieb9 excitabo illud. Excitare enī
est a somno mortis reuocare qd̄ nō cō/
petit tēplo materiali: sed tēplo spiritu
ali. s. suo corpori. Isti aūt testes loque/
bantur: ac si de tēplo materiali xp̄s in/
tellexisset: cum dicebat (in tribus die/
bus reedificabo illud) q: reedificare
proprie re//
spicit tēplū
materiale.
Itē non di//
xit destruaꝫ
vel possū de/
struere vt ip
si imponūt:
sed dixit
(Soluite). i.
soluetis mor
tē mihi infe/
rēdo: pdicēs
mortē suam
⁊ resurrecti/
onē vt pꝫ ex pdictis ⁊ sic patet q isti te/
stes mutauerūt verba eius ⁊ sententiā
in quo apparet falsitas eorū: dato etiā
q bene repetissent verba eius ⁊ senten
tiam: tamē possunt dici falsi testes alia
ratione. scꝫ ex falsa intentiōe: q: inten/
debant procurare mortē innocētis.
e Et surgēs) Hic cōsequēter ostendit
qualiter xp̄s cōdēnatus est ꝑ malos iu
dices: dicit ergo sic e Et surgēs pn/
ceps sacerdotū) ex impatientia surre/
xit de tribunali: q: non inueniebat vn
de posset iuste christus condēnari
f Ait illi nihil rn̄dēs ⁊c̄) quia ea que
ꝯtra xp̄m dicebant erāt falsa ⁊ respon/
sione indigna: ideo nolebat respōdere
Itē q: volebat adimplere illud qd̄ de
ipso scriptū erat Isai. liij. capitu. Qua
si agnus coram tondēte se obmutescet
⁊ non aperuit os suum: sequit g Ad
iuro te per deum viuum) ad hoc auteꝫ
respondet christus propter reuerentiā
diuini nominis inuocati dicens.
h Tu dixisti) supple veritatem qd̄ pa
tet ex sequentibus. i Uerūtamen
dico vobis ammodo videbitis filium
hominis sedentem a dextris virtutis
dei) quia in iudicio extremo sic videbi

tur ab illis qui eum iniuste condēnaue
runt: dicit igitur (ammodo) quia a tpe
sue passionis eū vlterius non viderunt
a Tunc princeps sacerdotum scidit
vestimēta sua) Iste erat mos iudeorū
scindere ve/
stimēta in si/
gnū doloris
quando au/
diebāt blas/
phemiaz di/
uini nominis
hoc aūt im/
ponebat pn
ceps sacer//
dotū xpo p/
pter qd sub/
ditur.
b Blasphe
mauit) pro/
pter qd ipse
& alij assistē/
tes iudicaue
runt eum di
gnuz morte
cū tamen di
ceret verita/
tem: vt patz multipliciter ex predictis
in hoc euangelio c Tunc expuerūt)
hic cōsequēter ostendit qualiter xps
fuit turpiter vituperat⁹ per malignos
apparitores: & hoc dupliciter. Primo
facto cum dicit: expuerūt in faciē ei⁹:
tanq̄z in hominē pestiferuz & dignum
morte. Mos eni erat iudeorū super ta
les cōspuere in contemptum.
d Et colaphis eū cederūt) sine causa
percutiendo & vituperārdo eū. Scdo
verbo dicentes. e Prophetiza no/
bis &c) quasi dicerent: tu es falsus pro
pheta f Petrus vero) hic ostendit
qualiter xps fuit negatus a suo disci//
pulo p tres vices. Primo simplici ver
bo. Secundo cum iuramento. Tertio
per detestationem cum iuramento: id
est per execrationem q̄ est quando ali/
quis non solum iurat per deuz sed eti/

venientez in nubibus
celi. Tunc princeps sa
cerdotū scidit vestimē
ta sua [a] dicens. Blas/
phemauit [b]: quid ad/
huc egemus testibus?
Ecce nūc audistis blas
phemiā. Quid vobis
videtur? At illi respon
dentes dixerunt. Re/
us est mortis. Tūc ex/
puerunt in faciē eius [c]
et colaphis eum cede/
runt [d]. Alij autem pal/
mas in faciez eius de/
derunt dicētes. Pro/
phetiza nobis christe:
quis est qui te pcussit [e]
Petrus vero sedebat
foris in atrio [f]: & accēs
sit ad eum vna ancilla
dicens [g]. Et tu cum ie/
su galileo eras. At ille
negauit coram omni/
bus dicēs. Nescio qd
dicis. Exeunte autem
illo ianuā vidit eū alia
ancilla: & ait his q erāt
ibi. Et hic erat cū iesu
nazareno. Et iterū ne
gauit cū iuramēto: q2
non noui hominē. Et
post pusillū accesserūt
qui stabant: et dixerūt
Petro. Vere & tu ex il
lis es: nam et loquela

am imprecatur sibimet aliqd malum
nisi id qd dicit sit verum: dicit igit.
f Petrus vero sedebat foris in atrio)
non eniz petrus erat simpliciter extra
domum: vt iam dictum est sed erat ex
tra locū vbi
christus illu
debatur in
quodā atrio
in quo erat
ignis accen/
sus i medio
secundū qd
dicitur Lu/
ce. xxij. capi
tulo.
g Et acces
sit ad eū vna
ancilla) de
istis negati/
onibus Pe/
tri videntur
euangeliste
diuersimo//
de scribere:
maxime de
secūda & ter
tia: quia de secunda dicitur hic q̄ fuit
ad vocem ancille. Lucas autem dicit
q̄ fuit ad vocem hominis. Johannes
autem dicit q̄ fuit ad vocem plurium
Similiter de tertia dicit Johannes q̄
fuit ad vocem vnius qui erat cogna//
tus illius cuius petrus abscidit auri/
culam. Mattheus autem hic dicit q̄
fuit ad vocem illorum qui astabant.
Dicendum igitur q̄ principalis inten
tio euangelistarum erat negationem
trinam petri exprimere: et in hoc con
ueniunt omnes euangeliste. Exprime/
re autem personas accusantes Petrū
non erat principalis intentio eorum:
sed tantum ex accidenti: tamen non
contrariantur in hoc quia verisimile
est q̄ multi ad illa verba concurrebāt
circa petrum et consimilia verba pro/
ferebāt ipsum accusando. Et sic vnus

euangelista vnam personam nominat alius aliam vnaz vel plures nec est ibi falsitas ratiōe dicta. Uidetur autem secūdum veritatem historie q̄ prima negatio sit facta ad vocē hostiarie prin cipalit. Se cūda ad vo cem illorū qui stabant ad ignez: fu erunt tamē excitati ab alia ancilla: ꝑpter quod Mattheus illam expri mit hic ꝛ de alijs tacet: quod autē hic dicitur q̄ facta est petro exeunte ianu am: intelligendū est sic: idest se dispo nente ad exitum: quia adhuc erat pro pe ignem vt dicit Joannes. sed timēs ne perciperetur volebat exire. Tertia negatio autem facta est multis eum ac cusantibus: inter quos p̄ncipalis erat cognatus illius cuius petrus abscidit auriculam: propter quod exprimit il lum Johannes de alijs tacendo. His dictis littera patet vsq̄ ad illū locum.

a Nam ꝛ loquela tua manifestum te facit) licet enim lingua hebrea sit vna tamen aliquo modo variabatur secū dum diuersitatem prouinciarū: ꝛ ideo illi de galilea aliter loquebātur aliquo modo: q̄ȝ illi qui erant de hierusalem: sicut lingua gallica est vna et tamē ali ter loquuntur illi qui sunt de pichar dia: q̄ȝ illi qui habitant parisius: ꝛ per talem varietatem potest percipi vnde aliquis sit oriundus: vnde sequitur

b Tunc cepit detestari ꝛ iurare) in hoc significatur iuramentum per exe crationem.

c Et recordatus est petrus) Domi nus enim respexit petrum: vt dicitur Luce. xxij. capitulo: et ex hoc petr[9] re cordatus ē de verbo xp̄i quod dixerat eū negaturū: ꝛ ad penitētiā reduct[9] est

tua manifestū te facit[a] Tūc cepit detestari et iurare: q: nō nouisset hominē[b]. Et cōtinuo gallus cātauit. Et re cordatus est petr[9] ver bi iesu qđ dixerat: pri usq̄ȝ gallus cantet ter me negabis[c] Et egres sus foras fleuit amare[d] Mane autem facto[e] consilium inierūt om nes principes sacerdo tum et seniores popu li aduersus Jesum: vt eum morti traderent[f]

d Et egressus foras fleuit amare) Et extunc petrus traxit in consuetudinē vt a primo gallorum cantu vsq̄ ad horam matutinā staret in oratione flens pro ista negatione: vt habetur in itine rario Clemē tis.

e Mane autem facto) Ostēso qua liter passio christi fuit p̄ iudeos icho ata hic ostē ditur quali ter fuit p̄ gē tiles consūmata. Et diuiditur in duas partes: quia primo describitur ipsius christi crudelis occisio. Scđo eius fi delis ꝛ deuota tumulatio: ibi. Cum se ro factum esset. Prima adhuc in duas quia p̄mo describitur ipsius christi in iqua condēnatio. Secundo ipsius sen tentie iniqua executio: ibi. et postq̄ȝ il luserunt ei. Prima in quattuor: quia primo describitur ipsius christi coraz preside p̄sentatio Secundo ipsius pre sentati diligens interrogatio: ibi. ꝛ ie sus stetit. Tertio innocentie eius decla ratio: ibi. per diem autem solennem. Quarto innocentis condemnatio: ibi Uidens autem pilatus. Prima adhuc in duas: quia primo de scibitur ipsius christi presentatio vt di ctum est. Secundo incidentaliter sub ditur iude desperatio. ibi: tunc vidēs. Circa primum dicitur sic.

e Mane autem facto) quia a media nocte vsq̄ ad illam horam illuserunt eum conspuendo et palmis cedendo: vt visum est

f Consilium inierunt ꝛc) non enim ex testimonijs prehabi tis habebant aliquid vnde posset accu sari coram pilato sicut reus mortis: et ideo vlterius consulebant qualiter eū sicut dignum morte accusarent vt pa tebit infra: sequitur.

Et vinctum adduxe/
runt eū [a]: ⁊ tradiderūt
pontio pilato presidi[b]
Tunc videns iudas q
eum tradidit quod dā
natus esset [c] peniten//
tia, ductus [d] retulit tri
ginta argenteos pnci
pibus sacerdotū ⁊ seni
oribus dicēs [e]. Pecca/
ui tradens sanguinez
iustum. At illi dixe//
runt [f]. Quid ad nos?
tu videris [g]. Et pro/
iectis argēteis in tem
plo recessit: et abiens
laqueo se suspendit [h].
Principes autem sa/
cerdotum acceptis ar/
genteis dixerunt: Nō
licet eos mittire in cor
bonam [i]: quia preciū
sanguinis est. Cōsilio
autem inito emerut [k]
ex illis agrum figuli
i sepulturā pegrinoꝝ [l]:

a Et vinctum adduxerunt) illi enim
qui reputabantur digni morte duce//
bantur coram iudice ligati.
b Et tradiderunt pontio pilato pre/
sidi) Aliqui dicunt q pilatus erat pro
prius nomē
eius compo
situm ex no/
mine mris
que diceba/
tur pila: et
patre qui di
cebat atus.
Pontius au
tem cogno//
men ei⁹ qui
fuerat iudex
missus a ro/
manis ad in
sulam ponti
anam: hoc
autem diffuse habetur in quadam le/
genda que vocatur aurea: sed quia ibi
multa dicuntur de hoc que videntur
prima facie falsa que propter prolixi/
tatem omitto: ideo aliter dicēdum q
pontius erat proprium nomē eius qd
patet ex duobus. Primo quia postpo
nitur cognomē ⁊ non preponitur pro/
prio nomini: saltem de cursu cōmuni.
Scdo quia hoc nomē satis commune
est in burgūdia: vnde iste pilatus erat
oriūdus: erat eni lugdunēsis: vt dicit
magister in historijs: et idē dicit Jose/
phus libro antiquitatuz. Pilatus au/
tem erat eius cognomen: preses autez
erat nomen officij sui: ⁊ dicitur a presi
dēdo: quia in iudea presidebat iudeis
ibidem missus a romanis.
c Tūc vidēs) Hic incidētaliter sub/
dit Jude desperatio cū di (Uidēs iu/
das q dānatus esset) Hec aūt despera
tio pcessit ex duob⁹. Primo ex magni
tudine sceleris tradēdo ad mortē illū
cuius tantam sanctitatē expertus fue/
rat. Scdo quia damnationez suam au
dierat a xpo vt dictum est capi. prece/
denti quem sciebat pphetā verissimū
d Penitēntia duct⁹) infructuosa tū qr
erat sine spe venie: sicut de his qui sūt
in inferno dicitur Sapien. v. ca. Dicē
tes intra se penitentiam agens.
e Retulit
trigita argē
teos ⁊c̄) Ex
quo pz q cu/
piditas sua
nihil valu//
it sibi sequit
f At illi di
xerunt quid
ad nos) qua
si diceret nō
curamus si/
peccasti vel
non.
g Tu vide
ris) idest ad
te pertinet videre factum tuum.
h Et abiens laqueo se suspendit) ex
desperatiōe et in hoc plus peccauit q̄
in tradendo xpm vt dicit Hyeronim⁹
cuius ratio est: q: in traditione xpi pec
cauit contra eius humanitatē directe:
sed in desperatōe illa peccauit directe
contra eius diuinitatē: quia cōtra infi/
nitatē diuine misericordie: sequitur.
i Non licet eos mittere in corbonaz)
Corba hebraice idē est q oblatio. Cor
bona autē erat locus ad ponenduz ob
lationes factas in templo p reparatio
ne tēpli et alijs necessarijs. magna igi/
tur apparet sacerdotum excecatio qui
occisionem christi reputabant sibi lici
tam: immo tanq̄ sacrificium deo face
rent: et tū precium venditionis eius re
putabant nepharium ⁊ indignum ap
plicari ad vsus templi.
k Consilio autem inito emerunt ex
illis agruz figuli) quia ille cuius ille a/
ger erat figulus fuit ideo sic vocabatur
vel forte quia ibi erat terra apta ad fa
ciendum vasa fictilia.
l In sepul
pulturam peregrinorum) qui non ha

hebant propriū sepulchrum.

a Propter hoc vocatus est ager ille acheldemach ⁊c̄) Hoc ex dei ordinatione factū est ad memoriā proditionis iude ⁊ passionis christi.

b Tūc impletū est qđ dictū est per Jere) q: dm qđ dicit Hieronymus: licet auctoritas sequens non sit in libro Jeremie quē habemus: tamen Hieronymus vidit auctoritatē istam de verbo ad verbū in quodā libro hebraico q dicebatur esse Jeremie prophete: multi enim libri pphetarū nō habētur. Uel aliter ly ieremiā nō ē de textu vt dicit Hieronymus: nec etiā in antiqs libris est: ⁊ tūc qđ dicit per pphetā: intelligere debemus zachariā: q: zacha. xi. cap. habet ista sentētia: licet verba aliquantulum sint mutata.

propter hoc vocatus est ager ille Acheldemach[a] hoc est ager sanguinis vsq; in hodiernum diē. Tūc impletū est qđ dictū est per Jeremiā prophetā dicentē[b]. Et acceperunt triginta argēteos preciū appreciati[c] quem appreciauerūt a filijs israel[d]: et dederūt eos in agrū figuli[e]: sicut constituit mihi dn̄s[f]

c Et acceperūt triginta argēteos preciū appciati) .i. ipi° xpi

d Quē appreciauerūt a filijs israel) q: istud preciū fuit constitutū inter iudam ⁊ sacerdotes q erāt de filijs israel

e Et dederūt eos in agrū figuli) .i. p agro figuli.

f Sicut cōstituit mihi dn̄s) hoc est additum ab euangelista: quia ista pdicta erāt a deo pordinata.

g Jesus autem stetit) Hic ponitur ipsius presentati interrogatio. Ad cuius euidentiam considerandum q iudei accusauerunt christum coram pilato de tribus: vt habet Luc. xxiij. ca. Primū fuit q subuertebat gētē iudeorū a cultu legis Scđo q auertebat populū a redditiōe tributi īpatori romano. Tertiū q dicebat se esse regē: et sic volebat sibi vsurpare regnū. De pmo non curauit pilatus: quia erat hō gentilis: ⁊ ideo nō curabat de obseruatōe seu violatione iudaice legis. Scđm sciebat esse falsum: quia audierat a xpo responsum suisse iudeis. Redditeque sunt cesaris cesari ⁊c̄ vt supra habitū est. xxij. c. De tertio autem interrogauit ipsū xpm: q: contra iperatorem videbatur esse directe q aliqs diceret se esse regē iudeorū qui seruiebant imperatori romano sub tributo, pter qđ romani abstulerant a iudeis nomen regiū tpe Pompei: et hoc est qđ dicit hic (Et interrogauit eū preses dicens. Tu es rex iudeorū.

Jesus autem stetit ante presidem[g] et interrogauit eum preses dicens. Tu es rex iudeorum? Dicit illi iesus Tu dicis[h]. Et cum accusaret a principibus sacerdotum ⁊ senioribus[i] nihil respondit[k] Tūc dicit illi pilatus[l] Non audis quāta aduersum te dicunt testimonia? Et non rn̄dit ei ad vllum verbum:

h Dixit ei iesus tu dicis) .s. veritatē quia nō negauit se esse regē: sed magis consensit. Uerūtamē exposuit dictum suū dicens (Regnū meū nō est de hoc mundo vt habet Jo. xviij. Et in hoc satisfecit pilato: quia regnū impatoris nō potest esse nisi in hoc mūdo: ⁊ sic regnū xpi nō erat cōtrariū impatori.

Et cū accusaret a pncipibus sacerdotū ⁊ senioribus) de alijs q dicta sunt que expssius tangunt Luce. xxiij. cap.

k Nihil respondit) tū quia manifeste falsa erāt ⁊ rn̄sione indigna. tū q: volebat implere illud qđ erat scriptū de eo Isai. liij. ca. Sicut agnus corā tondente se obmutescet ⁊ nō apiet os suum.

l Tunc dixit illis pilatus ⁊c̄) eadem ratione non respondit ei et iterū: quia nolebat impedire passionē suā: sequit

a Ita vt miraret preses vehementer) de xpi patientia sic tacendo cũ omnia que contra eum dicebant posset exufflare vno verbo. b Per dié autez) Hic ꝯsequenter ponit innocentie christi declarató et pmo osté/dit eius in//nocétia. Secundo iude/orum resisté tia: ibi. prin ceps autem Prima i du a s: quia in//nocentia xpi primo decla ratur de verbo iudicis. Secũdo ex testimonio sue vxoris: ibi. Sedente auté. Ad euiden/tiam prime partis aduertendũ ꝙ in fa uorem iudeoꝝ concessum erat a roma nis: vt in solennitate paschali dimitte ret vnus incarceratus ꝯm voluntatem eorũ in memoriá liberationis eorũ de egypto quia in solennitate paschali fi ebat memoria illius beneficij. Pilatus auté sciebat eos cupidos de obseruan da illa cósuetudine: ex altera parte vo lebat xpm liberare: ideo proposuit eis optionem dicens ꝙ liberaret eis iesuz vel barabá et nullum aliũ. per hoc sub tiliter credens xpm liberare de consen su eorũ: quia non credebat aliquo mó ꝙ peterent liberationé Barabe quia erat homicida et seditiosus et pessim⁹ vt habet Luce. xxiij. ca. et ideo crede/bat ꝙ preeligerét liberationé iesu: et hoc est qd dicit. b Per diem autez solenné) nó quemcũꝗ sed in solennita te paschali vt dictũ est. c Consueue rat preses dimittere populo vnũ vin/ctum) ró dicta est. d Habebat auté tunc vinctũ vnũ insigné) dicit aũt hic insignis nó nobilitate generis: sed ex famositate sui criminis: quia etiá bonuz ad mala trásferimus: vt dicit. v. Me/

ita vt miraretur preses vehementer[a]. Per di/em auté solenné[b] con/sueuerat pses pplo di mitté vnũ vinctũ[c] qué voluissent. Habebat aũt tũc vinctũ insigné qui dicebat barabas[d] Cógregatis ergo illis Pilat⁹ dixit. Qué vul tis dimittá vobis bara ban: an iesuz[e] qui dici tur christus? Sciebat eni ꝙ per inuidiá tra/didissent eum[f]. Sedé/te autez illo pro tribu/nali[g] misit ad eũ vxor eius dicens[h]. Nihil ti bi et iusto illi. Multa eniz passa sum hodie[i].

tha. sicut aliquis dicit bon⁹ latro: ita potest dici insignis: sequit. e Quez vultis dimittá vobis Barabam an ie/sum). q. d. nullum aliũ habetis et per hoc credebat liberare iesum vt dictum est: cuius ra/tio subditur f Sciebat eni ꝙ per in uidiam tra/didissét eũ) quia publi/ce arguebat vitia sacer//dotuz et pha riseorum. g Sedéte) Hic declara tut innocentia christi per testimonium vxoris Pilati. Ad cuius euidétiá scié/dum ꝙ diabolus qui captionem chri/sti pcurauerat per iudeos: per aliqua signa ppendit ꝙ ipse esset vere christus et per cósequés qd per eius morté spo liaret infernus. Hoc auté ppendit per eius patientiá et per scripturaꝝ imple tionem et forte per sanctoꝝ patrum in limbo existentiũ exultationé. Et ideo morté christi impedire volebat p vxo/rem pilati cuius pces efficaces crede/bat in cóspectu viri sui. Et hoc é quod dicit hic. g Sedente auté eo p tri/bunali (iudicando scz xpm. h Mi/sit ad eum vxor eius dicens. Nihil tibi et iusto illi) quasi. d. nullo modo condé nes eum sed magis eum dimitte.

i Multa enim passa sum ꝛc) quia di/abolus apparuerat ei moués eam ter/roribus ad liberationé christi. Utrum aũt talis apparitio fuerit ei facta i som no vel vigilia expresse nó hr hic: videt tñ ꝙ fuerat in somno: per hoc qd dicit per visum: christus eni fuit psentatus pilato valde mane: vt dictũ est in prin/cipio huius capituli et ideo probabile est ꝙ vxor eius iacebat adhuc in lecto quia domine non solent ita mane sur/

per visum ꝓpter eum Principes autē sacerdotum et seniores persuaserunt populo[a]: vt peterēt barrabam[b] Jesum vero pderent. Respondēs aūt preses ait illis Quē vultis ď duobus dimitti? At illi dixerunt: barrabam Dicit illis pilatus. Quid igiť faciā de Jesu qui diciť christus? Dicūt omnes: crucifigať. Ait illis preses. Quid eni mali fecit[c]. At illi magis clamabant[d] dicentes: Crucifigatur[e] Uidens aūt pilatus[f] quia nihil ꝓficeret sed magis tumultus fieret[g]. Accepta aqua lauit[h] manus coram populo dicens. Innocēs ego suz a sanguine hui⁹ iusti. Uos videritis. Et respondēs vniuersus pp̄ľus dixit. Sanguis eius super nos ꝛ super filios nostros. Tūc dimisit illis barrabam[i]: Jesum autez flagellatū tradidit[k] eis: vt crucifigeretur Tunc milites[l] presidis: suscipientes iesum in pretorio[m]

gere sicut viri sui. a Principes) Descripta christi innocentia hic subiūgitur iudeorum resistentia: in tantū eniz odiebant eum quod preelegerunt liberare hominem pestiferū ne christus liberaretur: ꝛ hoc ē quod subdiť hic.

a Principes autē sacerdotū ꝛ seniores psuaserūt populo) falsas rationes inducendo.

b Ut peterent Barrabam ꝛc̄) Et patz vsqꝫ ibi

c Quid enim mali fecit) quasi dicat non allegatis causaz sufficiētē sue mortis.

d At illi magis clamabant) per clamorem autem ꝛ tumultum populi voluerunt obtinere qđ non poterant per rationem habere dicentes.

e Crucifigať). s. morte turpissima et acerbissima moriatur. f Uidens autem Pilatus) Declarata christi innocentia vt visum est. hic ponitur ipsius innocentis iniusta condemnatio: q̄ processit ex parte pilati ex timore ne si dimitteret eum contra clamorem populi accusaretur postea ad cesarem: et hoc est quod dicitur hic.

f Uidens autem pilatus ꝙ nihil ꝓficeret) ostendendo christi innocentiā ad eius liberationem.

g Sed magis tumultus fieret) populi scilicet clamantis ad contrarium p seductionem sacerdotum vt visum est

h Accepta aqua lauit ꝛc̄) ad hoc vt iudei totum peccatum super se acciperent et ipse immunis esset a peccato Sed hoc non sufficit ad omnimodaz eius excusationem: quia cum esset iudex tenebatur ex officio seruare iusticiam: et ideo grauiť peccauit faciendo cōtra eaz ad habēduz populi fauorem: minus tamen peccauit q̄z iudei: quia ei⁹ motiuum fuit minus malum. Judei enim ad occidenduz christū moti sunt p rancorem ꝛ odium Pilatus autem propter timorē cesaris et fauorem iudeorum habendum.

i Tunc dimisit illis barrabam) facta responsione a iudeis ꝙ totum peccatū receperunt super se ꝛ filios suos.

k Jesum autem flagellatum tradidit ꝛc̄) licet ista flagellatio christi ponatur hic post sententiam iudicis: tamen fuit ante facta: vt habetur Joannis. xix. caplo quoniam hac intentione eum precepit pilatus flagellari ꝛ illudi vt iudei essent satiati sāguine ei⁹ videntes eum sic punitum etiam vltra condignum et ideo ponitur hic quasi per recapitulationem.

l Tunc milites) idest post flagellationem immediate: et ante sententiā.

m Suscipientes iesum in pretorio) vt magis illi illuderent in loco patenti et coram multitudine.

a Exuentes eũ) scꝫ vestimentis suis.
b Clamidem coccineã) idest rubeam in similitudinẽ purpure q̃ vtunt reges
c Circundederũt illi) ipm vestiendo
d Et plectentes coronam de spinis) idest de iuncis marinis ad modum spinarum acutis Et ego q scripsi hec audiui a q̃dam qui fuerat vltra mare cum sancto Lodouico rege francie: quod in littore maris senserat pũcturas iũcorũ per sotulares iter medios.

congregauerũt ad euꝫ vniuersam cohortem. Et exuentes eum [a] clamidem coccineaꝫ [b] circundederunt ei [c]. Et plectentes coronaꝫ de spinis [d] posuerunt super caput eius [e] ⁊ arundineꝫ in dextera eius [f] Et genu flexo ante eũ illudebant ei [g] dicentes. Aue rex iudeorũ [h] Et expuẽtes in euꝫ [h]: acceperunt harundinem [i] et percutiebant

e Posuerunt super caput eius) pro similitudine corone regie.
f Et arundinem in dextera eius) pro sceptro regio.
g Et genuflexo ante euꝫ) et sic (illudebant ei) facto similiter et verbo vnde sequitur.
g Dicentes aue rex iudeorum) quasi dicerent: voluisti regnare et non potuisti: ⁊ sic eorum illusio accusationi iudeorum correspondebat.
h Et expuentes in eum) tanq̃ in personam cõtemptibilem et vilem.
i Acceperunt arundinem) de manu eius.
k Et percutiebant caput eius) et ratione contemptus et ratione doloris infligendi: quia ex tali percussione aculei corone intrabant caput eius.
l Et postq̃ꝫ) postq̃ descripta est ipsius Christi condemnatio iniusta: hic ponit̃ inique sententie executio: ⁊ primo ponitur ipsius christi iudicati crucifixio. Secundo crucifixi illusio: ibi. ptereuntes. Tertio illius expiratio ibi a sexta autẽ hora. Circa christi crucifixionem quattuor tangunt̃. Loci vilitas: Judeorũ crudelitas: ibi. et dederunt: militũ cupiditas: ibi. postquã autem. Latronum societas: ibi. tũc crucifixi sũt Circa pmũꝫ dicit sic (postquam illuserunt ei exuerũt eum clamydẽ: q: clamidem illaꝫ coccineã im posuerunt si bi solum ad deridenduꝫ euꝫ sicut falsum Regem.

caput eius [h]. Et postq̃ꝫ illuserunt ei: exuerunt eũ clamidẽ: et induerunt eum vestimẽtis eius [m]: et duxerunt eum vt crucifigerent. Exeuntes autem inuenerunt hominem [n]. cyreneum nomine Symonem: huncangariauerunt vt tolleret crucem eius. Et venerunt in locum qui dicit̃ golgotha: quod est caluarie locus [o].

m Et induerunt eum vestimentis eius) quibus spoliauerũt eum vt predictum est: et hoc fecerunt vt ductus ad mortem magis cognosceretur in propria veste quã aliena.
n Exeuntes autẽ inuenerunt hoiem ⁊c̃) Hoc nõ est cõtra id quod dicit̃ Joannis. xix. ca. Et baiulans sibi crucem ⁊c. Jpse eni primo portauit crucẽ suã quando exiuit de domo Pilati: vt dicit Joãnes: sed quia erat fatigatus ex precedenti labore ieiunijs et vigilijs ideo milites coegerunt Symonem ad portãdũ eius crucẽ vt citius possent peruenire ad locum crucifixionis vt dicitur hic.
o Et venerunt in locũ qui dicitur golgotha: quod est caluarie locus) Jlle locus nõ est sic nominatus a caluaria Ade ibi sepulti: vt dicunt aliqui: quia Adã fuit sepultus in hebron vt habetur Josue. xiiij. c. ꝓpter quod hebron dicebat̃ antiquitus cariathar be. i. ciuitas q̃ttuor: q a q̃ttuor magni

patriarche sunt ibi sepulti cum vxoribus suis. scz Adam et Eua: Abraam & Sara. Isaac et Rebecca Jacob et lia. dicit ergo caluarie locus: quia locus ille erat plenus capitibus mortuorum: qui ibi decolabant quia ibi malefactores puniebant: et sic patet loci vilitas in quo christus crucifixus est.

Et dederūt[a] ei vinū bibere cū felle mixtū. Et cuz gustasset noluit bibere[b]. Postq̄ aūt crucifixerunt eum[c] Diuiserunt vestiméta eius[d] sortez mittétes[e]: vt impleretur q̄ dictum est per prophetam dicentem[f]. Diuiserunt sibi vestimenta mea: et super vestem meam miserunt sortem. Et sedétes seruabant eum[g]. Et imposuerūt super caput eius causaz ipsius scriptam[h]. Hic est Jesus rex Judeorum

a Et dederūt) Hic cōsequēter ponitur iudeoruz crudelitas: cum dicit (et dederunt ei vinum cū felle mixtuz) Joannes autē dicit quod dederunt ei acetuz. Ad euidentiā huius considerandum: q̄ aliqui dicūt hoc esse factuz vt citius moreret: et sic milites de eius custodia citius expedirent quia debebāt eum custodire quousq̄ expirasset. Dicunt enim q̄ existentes in tormento si potentur aceto citius moriunt. Sed hoc nō videt multū ꝓbabile quia acetum est frigidum: et per consequens videtur magis mortē talium differre: ꝓpter qd̓ aliter dicendū est. Scribit eni in quodā libro hebrayco qui apud eos intitulatur liber iudicum ordinariorum quod q: Salomon dixerat ꝓuer. xxxi ca. Date siceram .i. potū inebriatiuuz merentibus et vinum his quia amaro sunt aio vt bibant et obliuiscant egestatis sue. et doloris sui non recordent amplius. Ideo ex occasione huius verbi seniores iudeorum statuerant vt cōdēnatis ad mortē daret vinū aromaticū ad bibendū vt facilius tollerarēt passionē. In hierusalem autē matrone erāt deuote et cōpassiue que hoc vinuz dabant ex deuotione. Judei igitur ex nimia crudelitate moti: tale vinū datum ꝓ xp̄o et aliis duobus cū eo crucifixis acceperūt sibi ſm qd̓ dictū erat amos ij. cap. Vinū dānatorū bibebant: et loco eius posuerūt acetū cum felle mixtū b Et cū gustasset noluit bibē) Mar. di. et nō accepit q: nō accepit ad bibendum sed solum ad gustandū modicuz: vt sic impleret in eo q̄ scriptū est in Psal. Dederūt in escam meaz fel: et in siti mea potauerunt me aceto. c Postq̄ aūt crucifixerūt eum) Hic ponitur militū crucifigentiū cupiditas in hoc quod abstulerūt sibi vestimenta sua oīa cū tamen damnatis ad mortem dimittatur aliquod vestmentū ad carnis sue operimentū: & hoc est quod dicit. d Diuiserunt sibi vestimenta eius) in quattuor partes: scdm quod dicit Joannis. xix. ca. quia quattuor erant milites ipsum crucifigētes e Sortem mittentes) Ista sors fuit missa super tunicam dn̄i inconsutilez que erat facta quasi reticulato opere & ideo non poterat bene diuidi cum non haberet aliquā suturā: et ideo miserūt sortes quis haberet eam integram. f Vt impleret q̄ dictū est per ꝓphetam: Diuiserūt sibi &c̄) Sed ſm hyeronimū istud non est de textu math. nec est in antiquis libris sed tm̄ in euangelio Joannis. Expositio tamē huius auctoritatis pz ex dictis. g Et sedētes seruabant eū) ne aliquis rapet eum de cruce anteq̄ esset mortuus. h Et imposuerunt sup caput eius causam ipsius scriptā) Iste erat modus iudeorum qd̓ sup caput crucifixorū ponebat causa condēnationis ipsorum. Ipse autē accusatus fuerat q̄ sibi volebat vsurpare regnum iudeorum vt visum est &c̄.

Tūc crucifixi sunt cū eo[a] duo latrones vnus a dextris ⁊ vnus a sinistris. Pretereūtes[b] autem blasphemabāt eū mouentes capita sua et dicentes: Vah[c] qui destruis templū dei ⁊ in triduo illud reedificas? Salua temetipsum[d]: si filius dei es descēde ꝺ cruce. Similiter ⁊ principes sacerdotum[e] illudentes cū scribis et senioribus[f] dicebāt. Alios saluos fecit[g]: seipm non pōt saluum facere. Si rex israel est[h] descēdat nūc de cruce[i]: et credimus ei[k]. Confidit in deo liberet nūc eū si vult: dixit eni: quia filius dei sum. Idipm[l] autem et latrones[m] ꝗ crucifixi erāt cū eo improperabant ei. A sexta autē[n] hora tenebre facte sūt

a Tūc crucifixi sunt cū eo ⁊c̈) Hic describit latronū societas: ad hoc enim crucifixi sunt cū xpo ex intentione iudeorū: vt christus videret particeps et magister i malefactis eorū: sed ex intentione dei hoc pmittētis factū est vt impleret ꝙ de christo scriptū erat Isai.liij.ca. Et cū sceleratis reputatus est.
b Preter/euntes) Hic describit ipsius xpi crucifixi derisio ꝗ primo fuit derisus a ꝓtereūtibus h est a vulgarib⁹ ⁊ plebeis hoibus circa locū crucis cōcurrentib⁹ dicētibus.
c Vah) interiectio est insultantis seu deridētis (ꝗ destruis tēplū dei ⁊c̈) Im ponebāt sibi ꝙ h dixerat: ẜ hoc falsum erat vt visum est ca. ꝓcedēti.
d Salua temetipm) q.d. nō potes: ex quo ptꝫ falsitas tua. Scḋo fuit derisus a sacerdotibus: et h est qḋ dr̄.
e Similiter a ꝓncipes sacerdotū ⁊c̈). i. legis periti.
f Et senioribus). i. iudicibus ordinarijs dicebant.
g Alios saluos fecit) q.d. nō est verum: si posset talia facere saluaret semetipm.
h Si rex israel est) nō ꝗcunqꝫ: sed messias ꝓmissus in lege.
i Descēdat nūc de cruce) q: alij reges non possent talia facere.
k Et credim⁹ ei) falsuꝫ dixerūt: q: maiora fecit qn̄ Lazar̄ suscitauit: ⁊ qn̄ post mortē de sepulchro surrexit: ⁊ tn̄ nō crediderunt ei. Tertio fuit derisus a latronibus. ⁊ h est qḋ dicit.
l Idipsum). i. verba ꝓmissa.
m Et latrones impro perabāt ei) cōtrariū Luc.xxiij.ca. vbi dicit ꝙ vnus increpabat eū: alter autē rogabat eū dicens. Dn̄e memento mei dū veneris in regnū tuū. Dicendum ꝙ Matth. loquit ꝑm illum modū loquēdi quo societas dicit aliquid facere qn̄ vnus de societate h facit: vel aliter dicendū ꝙ vterqꝫ improperauit primo christo: sed alter videns postea patientiam christi penituit et misericordiaꝫ petijt: et sic inuenit.
n A sexta autē) hic cōsequēter describitur ipsius christi crucifixi et derisi expiratio. vbi primo notatur perturbatio elementorum quasi christo morienti compatientium. Secundo confessio assistentium: ibi. Centurio auteꝫ Prima in duas: quia primo describit perturbatio corporū superiorū. Secūdo inferiorum: ibi. Et ecce velum. Circa primū dicitur sic.
n A sexta aūt hora tenebre facte sunt ⁊c̈) Hieronymus dicit super istum locū ꝙ iste tenebre fuerunt facte per retractionem radiorum solis diuina vtute. Origenes autem dicit: quod hoc factuꝫ est per interpositionem nubiū densarum. Sed in hoc magis credenduꝫ est Dyonisio qui dicit in epistola ad Policarpum hoc fuisse per interpositioneꝫ lune inter terrā et solem: sicut fit in eclipsi solis. Et ibideꝫ dicit ꝙ ipse hoc vidit tūc existēs in Egypto vbi est aeris puritas: quia rarissime fiūt ibi nubes et pluuie ꝓpter quod talia potuit tunc magis perpendere. vidit ergo ⁊ dicit lunā ab

oriente ascendentẽ versus meridieꝫ et supponentẽ se soli. Hieronymus autẽ et Origeñ. nõ loquũtur de illa eclypsi asserendo ꝙ sic fuerit vt dicunt: sed qꝺ potuit sic fieri: Ex dictis pꝫ ꝙ illa eclypsis non potuit naturalis esse: sed miraculosa: Et hoc multipliciter: pͥmo quia luna erat qnta decia: vt patuit cap. precedẽti. ⁊ tũc luna distat a sole per dyametrum celi: eclipsis autem solis nõ potest fieri naturaliter nisi tempore coniunctionis solis ⁊ lune: ꝓpter quod dicit Dyonisius qꝺ mirabatur quia non erat tempus conueniens ad talem coniunctionẽ. Secundũ miraculum fuit ibi quia transacta eclipsi: luna rediȷ̃t ad orienteꝫ: ita ꝙ in vespere fuit in oriente sole existente in occidente. ⁊ sic orbes eorũ fuerunt ad pristinum statũ restituti. Tertiuꝫ miraculum fuit ibi quia pars orientalis solis primo fuit obscurata: et iteruꝫ vltimo illuminata: contrario autem modo fit in eclipsi naturali. a Super vniuersam terram) hic accipitur pars pro toto: eclysis enim solis nõ potest esse vniuersalis: et propter hoc quãdo dicitur Super vniuersam terrã: intelligenduꝫ est de terra iudee. b Usqꝫ ad horaꝫ nonam) ex quo patꝫ ꝙ luna fuit immobilis sub sole per tres horas: et in hoc fuit quartum miraculũ illius eclypsis quia in naturali eclypsi luna continue mouetur sub sole.
c Et circa horam nonaꝫ clamauit iesus voce magna dicẽs. Heli heli lama zabatani) El in hebreo: idem est ꝙ de-

sup vniuersam terrã[a]: vsqꝫ ad horam nonã[b]. Et circa horam nonã clamauit Jesus voce magna dicẽs. Heli heli lamazabatani[c] Hoc est deus meus deꝰ meus: vt quid dereliquisti me? Quidam autẽ illic[d] stantes ⁊ audientes dicebãt. Heliam vocat iste[e] Et cõtinuo currens vnus ex eis acceptam spongiã impleuit aceto: et imposuit arundini: et dabat ei bibere. Ceteri vero dicebant. Sine videamus an veniat helias liberans eum. Jesus autem iterum clamans voce magna[f] emisit spiritum. Et ecce velum[g] templi sciss-

us. yota littera hebraica adiuncta facit significare cũ hoc meus. ⁊ ideo Heli. idẽ est ꝙ deus meus. Lama: est vna dictio per se ⁊ idem valet ꝙ quare in latino: zabatani: non est vna littera: qa non significat idem ꝙ dereliquisti me. sed debet preponi ibi quedam littera q̃ vocatur: ayn. ⁊ sonat sicut a formatuꝫ in gutture: vnde debet sic scribi: Azabatani: tũc significat idem ꝙ dereliquisti me: sed per ignorãtiam scriptoruꝫ corrupta est littera in latinis libris. Dicit autem christus se derelictum a deo patre: quia dimittebat eum in manibus occidentiũ.
d Quidã aũt illic stantes) sciłꝫ milites ipsum custodientes qui erant gentiles: propter quod linguam hebraicã ignorabant: dicebant.
e Heliam vocat iste) cetera patẽt vsqꝫ ibi. f Jesus autem iterum clamans voce magna emisit spirituꝫ) Ex quo patet ꝙ illa vox nõ fuit naturalis: sed miraculosa: qa homo magno cruciatu et longo afflictus: et ex tali afflictione morti sic proximus non posset sic clamare virtute nature.
g Et ecce velum) hic secundo declaratur perturbatio elemẽtorum inferiorum quia ad motum terre et aeris velum templi scissum est: Illud auteꝫ velum erat scꝺm aliquos in introitu templi prohibens aspectum eorum q̃ erãt intra templum. et ideo per talem scissionem declarata est impletio veritatis in morte christi que latebat in figuris veteris testamenti. Secundũ alios ve-

ro non fuit velum quod erat in introi-tu templi: sed velum quod erat intra templum inter sanctum et sanctū san-ctorum: et scissio eius idē signat ꝙ pri-us dictum est. Hoc dicūt cōmunius do-ctores. De v-troqꝫ vō ve-lo dictuꝫ fu-it plenius Ex-odi. xxv. ca.

a Et terra mota est) q̈si non potens sustiere mor-tem christi.

b Et petre scisse sunt) in signuꝫ hu-ius ꝙ corda quātūcunqꝫ dura debe-rēt xp̄o mori-enti cōpati.

sum est in duas ptes: a summo vsqꝫ deorsuꝫ et terra mota est[a]. et pe-tre scisse sunt[b]: et mo-numenta aperta sunt[c] Et multa corpora san-ctorū[d] qui dormierāt surrexerunt. Et exeū-tes de monumentis post resurrectioneꝫ e-ius[e]: venerunt in san-ctam ciuitatē[f]: et appa-ruerunt multis[g]. Centurio[h] autem et qui cū

c Et monumēta apta sunt) ex terre motu ad denotandū ꝙ resurrectio xp̄i propinqua erat et aliorum cum ip̄o re-surgentiū. d Et multa corpora san-ctorum qui dormierant surrexerunt) non tunc quando monumenta aperta sunt. scilicet hora mortis christi: sꝫ po-stea quādo resurrexit: quia cum eo sur-rexerunt tanqꝫ testes sue resurrectiōis et hoc est quod subditur.

e Et exeuntes de monumentis post resurrectioneꝫ eius) idest christi.

f Venerunt in sanctam ciuitatem) hierusalē q̄ dicebaẗ sancta propter tē-plū diuino cultui deputatū ꝙ erat ibi.

g Et apparuerunt multis) ad decla-rationem dominice resurrectionis.

h Centurio) hic ponitur assistentiuꝫ confessio. Et primo centurionis et sue societatis qui videntes signa predicta in morte christi confessi sunt veritateꝫ sue diuinitatis dicentes.

i Vere filius dei erat iste) et per con-sequens eiusdeꝫ nature cum eo. Secū-do ponitur confessio mulierum deuo-tarum que cōfitebantur eum facto: in q̄ꝫtum assistebant ipsi morienti: ꝙ non audebant facere apostoli: q̄a solus Jo-annes legiẗ ibi stetisse: et hoc est qđ di-citur.

